

EVANGELIUM PALATINUM

RELIQVIAS IV EVANGELIORUM ANTE HIERONYMUM LATINE TRANSLATORUM

EX CODICE PALATINO PURPUREO VINDOBONENSI QVARTI
VEL QVINTI P. CHR. SÆCULI ET
EX EDITIONE TISCHENDORFIANA PRINCIPE

DENUO EDIDIT

J. BELSHEIM.

PARTEM SUMPTUUM SOCIETAS SCIENTIARUM
CHRISTIANIENSIS SUPPEDITAVIT.



CHRISTIANIÆ.
LIBRARIA JACOBI DYBWAD.
MDCCCXCVI.

AKTIE-BOGTRYKKERIET
(Forhen: Det Mallingske Bogtrykkeri.)



PRÆFATIO.

Codex ᵉ evangeliorum purpureus[1]), in bibliotheca palatina Vindobonensi (No. 1185) asservatus, primum a Kopitar 1829, deinde a Carolo Lachmann 1842 commemoratus[2]), a Constantino Tischendorf primum editus 1847, monumentum magni momenti ad res criticas evangeliorum illustrandas ab omnibus peritis sane existimatus est; sed est tamen mea ex opinione propter suam remotam ætatem, suam indolem peculiarem, omissiones et additiones, præsertim notabilis et dignus qui magis animaduertatur. Quamobrem et quoniam editio splendida Tischendorfiana opus grande (XXVII + 456 paginarum) magni pretii (54 m𝓜) est, novam editionem parvi pretii, ad usum lectorum aptam, optabilem esse putavi; et autumno 1894 aliquot dies Vindobonæ commorans hunc codicem cum editione Tischendorfiana contuli[3]) et hanc editionem parare statui.

Codex membranaceus purpureus est colore magis violaceo qvam coccineo[4]); continet in 26 qvaternionibus 228 folia, 36 cm. alta 25 cm. lata, aliquot eorum lacerata aut a tempore edace peresa; qvæqve pagina binas columnas, qvæque columna 20 versus habet. Scriptio est continua litteris

---

[1]) Vide N. T. græce a Constantino Tischendorf editum, editio 8va critica maior, vol. III prolegomena, editore v. cl. Casparo R. Gregory, Lipsiæ 1894 p. 955, et scripta ibi memorata. [2]) N. T. gr. et lat. proleg. p. XVII. [3]) Pauca menda, qvæ inveni, notavi hæc: Mt. 13, 32: haves (pro habes), 40: consummatione (p. consummationem); 15, 39: demisset (p. demississet), 21, 32: meretrices (p. meretricis), 24, 9: reges (p. regis), 38: noptiantes (p. nuoptiantes). Joh. 12, 9: plurimi (p. plurima), 21: philippum (p. pilippum), 13, 13: suis (p. sui), 15: servus (p. serbus), 19, 42: iuxta (p. iuata), 20, 16. interpretatur (p interpretratur). Lc. 1, 13: nocabis (p. uocauis), 65: factus (p. factusm), 70: locutus (p. locus), 4, 38: socins (p. socrus), 7, 22: leprosi (p. lebrosi), 28: baptista (p. baptista est), 12, 1: circumdedisset (p. circumdedissit), 13, 16: abrahae (p. habrahae), 15, 27: illi autem (p. ille autem), 18, 5: propter (p. vel propter), 24, 17: refertis (p. refertos). [4]) Facsimile codicis in editione Tischendorfiana datum est.

colore argenteo peculiariter uncialibus scriptis. Littera iniens cuiusque paginæ pergrandis est extra lineam posita qvamqvam textu non distincto. Hæc nomina tantummodo: dš, dnš, ihš, xpš, spš cum declinatis colore aureo compendiose scripta sunt; aureo colore qvoqve initia evangeliorum scripta sunt. Exeunte versu litterae m et n lineola super lineam significatur. Tantummodo unum signum interpunctionis (. punctum) et raro et sæpe temere usurpatum est. Correcturae aliquot super lineam ipso librario factæ sunt (ex. gr. Mt. 15,36; Lc. 3. 15); litteræ deletæ binis punctis sub linea signatæ sunt; hæc puncta hac in editione reddere non potui.

Lingva in codice plane vulgaris vitiis scribendi scatet. Permutantur promiscue casus accusativi et ablativi (extra vinea, per caverna, de iohannem, de verbum, cum centensimum, ex ipsos, invenies in illum, loquor in similitudinem); genus nominum sæpe mendose usurpatur (ex. gr. omnem olus, alium castellum); nominum et verborum finis is et es permutantur (civis pro cives, omnes pro omnis, audites pro auditis pl. et vice versa); litterae b p, d t, e i, i y sæpe permutantur (uobes pro boves, vivam pro bibam, capud, aput, presbiterium); errores magni sæpe in verborum scriptione occurunt (at, ut pro ait, dit pro dicit, fius pro filius, ego pro ergo, multos pro mutos, non pro nos, cor pro corpus, famea pro framea, locus pro locutus, tra pro terra, face pro facere pl.).

Ex mendis scripturæ Mt. 16, 17: uariana (pro bar iona), Joh. 21,19: honoraturus esset eum (pro hon. esset deum). Lc. 17, 28: et tota sodomis (pro et lot a sod.). Mr. 2, 12: clarificarent eum (pro cl. deum) et ex aliis apparet codicem a scriptore imperito lingvæ latinæ ex ore dictantis scriptum esse.

Verba græca aliqvot reperiuntur: cataclysmus, cata tempus (Joh. 3, 4), eremum (Luc. 4, 1; Joh. 3, 23), presbiterium; similiter constructiones syntaxin græcam imitantes ex. gr. Luc. 16, 22: factum est autem mori inopem illum et tolli ab angelis in sinus abrahæ.

Codex antea IV evangelia continuit ordine qvem Tertullianus laudat: Matth. Joh. (apostoli), Luc. Marc. (apostolici); nunc tantummodo circiter duas partes continet: ex ev. Matth. 12, 49. 50; 13, 1. 2. 8—13. 32—55; 14, 22—24, 49; 28, 2—20; ev. Joh. totum, exceptis 18, 12—25; ev. Luc. totum, exceptis 8, 30—44; 11, 4—24; ex ev. Marc. 1, 21—4, 8; 4,19—6, 9; 12, 38—40; 13, 2. 24. 26. 34. 35; circiter tertia pars itaqve deperdita est.

In codice plura eius remotæ ætatis indicia reperiuntur: ordo evangeliorum, indoles peculiaris, textus, forma litterarum, raritas interpunctionis, nulla ornamenta literarum initialium, brevitas subscriptionum nomina tantum auctorum continentium,

nulla vestigia sectionum Ammonii et canonum Eusebii: — ex his et aliis indiciis probabile est codicem qvarto, fortasse quinto, sæculo scriptum esse.

De patria codicis notandum est textum ab omnibus codicibus notis, quos in Italia ortos esse creditur, multo differre; ex hoc et ex eius affinitate patrum Africanorum, Cypriani et aliorum, apparet codicem verisimiliter apud Afros ortum esse.

Tischendorf, cum 1847 suam editionem curaret, nescivit unde et qvando post 1800 codicem Vindobonam perlatum fuisse. Sed 1880 feliciter Hort, prof. Cantabrigiensis, in ephemeride «The Academy» commemoravit codicem ab Arevalo in sua editione «Historiæ evangelicæ Iuvenci», Romæ 1792 collatum, et apographum eius a Bonello factum esse. Deinde notum est codicem antea Tridenti asservatum, 1762 Romam missum ad Josephum Blanchinum, editorem «Evangeliarii qvadruplicis», postea Tridentum reducem et deniqve deinde Vindobonam perlatum, primum in archivio, deinde in bibliotheca palatina depositum esse. Apographum codicis in bibliotheca Vallicelliana Romæ (U. 54) asservatur. Postqvam hoc apographum factum fuit, duo folia et demidium ex codice deperdita sunt; unum eorum, modo ignoto, Dublinum perlatum est et ibi bis editum (a Todd in «Proceedings of Irish Academy» 1847 et ab Abbot in «Par palimpcestorum», Dublini 1880). Textus trium foliorum horum, nunc ex codice deperditorum, ex isto apographo ab Hugone Linke, viro doctiss. Vratislaviensi, editus est in «Sitzungsberichte der Academie d. Wissenschaften» München 1893, p. 281. Textum horum foliorum ut supplementum codicis hic dabimus:

Matth. XIII, 13 .... et audientes non audiant ne intellegant ne quando conuertant se. 14 et tunc replebitur in eis profitia eseiae dicentes uade et dic populo huic auditu audietis et non intellegitis et uidentes uidebitis et non uidebitis. 15 Ingrassatum est enim cor populi huius et auribus grauiter audierunt et oculos eorum ingraua ne conuertant se et sanem eos. 16 Uestrae autem beatae aures et oculi uestri qui uident. 17 Amen dico uobis quoniam multi profetae et iusti cupierunt uidere quae uidetis et audire quae auditis et non audierunt. 18 Uos autem audite parabolas seminantis. 19 Omnis qui audit uerbum regni et non intellegit uenit malus et rapit quod seminatum est in corde eius hic est iuxta uiam seminatus. 20 Super autem petrosa seminatus hic est qui audit uerbum et cum gaudio suscipit illum. 21 et non habens radicem in se sed temporalis facta autem angustia aut persecutionem propter uerbum continuo scandalizatur. 22 Qui autem in spinis seminatur hic est qui audit uerbum et sollicitudo

saeculi et diuitiarum uoluntas suffocat uerbum et fit sine fructum. 23 In terram autem bona qui seminatus est hic est qui audit uerbum et intellegit tunc facit aliut centensimum aliut sexagensimum aliut tricensimum. 24 Aliam uis intulit parabolam dicens simile est regnum caelorum homini qui seminat in agro suo bonum semen. 25 Et dormientibus hominibus uenit inimicus et seminauit zizania in medio tritici et abiit. 26 Postquam autem creuisset herba et fructum fecisset tunc apparuerunt et zizania. 27 Et accesserunt serui ad patrem familias dicentes domine nonne bonum semen seminasti agro tuo unde ergo habet zizania. 28 Quibus ait inimicus homo hoc fecit. Dicunt ei serui uis imus et colligimus illa. 29 dixit eis non ne forte cum colligitis zizania eradicetis et triticum. 30 Sed sinite utraque crescere et cum uenerit tempus messis dicite messoribus colligite primum zizania et facite manipulos et igni crementur triticum uero in horreo meo reponite. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum caelorum grano sinapis quod accipiens homo seminauit in agro suo. 32 Et cum minor sit omnibus seminibus crescens maior fit omnibus holeribus et fit arbor ut haues caeli maneant in ramis eius. 33 Aliam parabolam dixit illis simile est regnum caelorum fermento . . . .

XIV, 11 . . . . disco et datum est puellae puella autem pertulit matri suae. 12 Et accesserunt discipuli eius et tulerunt cadaber et sepelierunt illud et uenerunt et renuntiauerunt ad ihm̄. 13 Cum audisset autem ihs̄ secessit inde in naui in locum desertum singularis et cum audissent turbae secutae sunt eum pedestraes a ciuitatibus. 14 Et exiuit et uidit turbam multam et commotus est super eos et curauit infirmos eorum. 15 Cum sero autem factum esset accesserunt discipuli ad eum dicentes desertus est locus hic et hora iam praeterita remittamus turbas ut euntes in castella emant sibi escas. 16 Ille autem dixit non habent causam ire date illis uos manducare. 17 Aiunt ad illum non habemus nos hic nisi quatuor panes et duos pisces. 18 Ille autem dixit adferte illos mihi. 19 Et iussit turbas recumbere in herbis et accepit quinque panes et duos pisces et aspiciens in caelum benedixit fregit et dedit discipulis suis et discipuli turbis. Similiter de piscibus. 20 Et manducauerunt omnes et satiati sunt et tulerunt id quod superfuit fragmentorum XII cophinos plenes. 21 Qui manducabant autem erant quinque milia hominum exceptis pueris et mulieribus . . . .

Ut supra dictum textus codicis multis locis a textibus aliis antehieronymianis multum differt; et multi loci, qui in versione vulgata continentur, hic in textu omissi sunt, partim totus versus, partim aliquot verba, nonnulli eorum fortasse temere; contra reperiuntur in textu multæ additiones aut

notæ illustrantes. Sæpe hæ omissiones et additiones ad harmoniam evangeliorum spectant. Desiderium mihi erat hæc omissiones et additiones ibi explicare et illustrare; sed ad hoc spatium maius necessarium esset; igitur modo aliqvot, quæ maximi momenti sunt, hic indicabo:

Omissiones: Matth. 15, 25: At illa uenit et adorauit eum dicens dnē adiuua me; 16, 13: sed ea quæ hominum; 17, 20: hoc autem genus non eicitur nisi per orationem et ieiunium; 19, 9: et qui dimissam duxerit moechatur; 21, 44: et qui ceciderit super lapidem istum confringetur super quem uero ceciderit conteret eum: 22, 24: et suscitet semen fratri suo; 23, 1: tunc ihs̄ locutus est ad turbas et ad discipulos suos. Joh. 2, 12: et discipuli eius; 4, 9: non enim coutuntur iudaei samaritanis; 14: aqua quam ego dabo; 46: capharnaum; 6, 23: gratias agente dnō: 10, 13; mercenarius autem fugit; 35 scriptura; 13, 27: et post bucellam; 14, 19: quia ego uiuo et nos uiuetis; 27: non quomodo mundus dat ego do uobis; 16, 15: quia de meo accipiet et annuntiabit uobis; 16: quia uado ad patrem; 27: exiui; 19, 5: et dicit eis ecce homo; 35: et qui uidit testimonium perhibuit et uerum est testimonium eius et ille scit quia uera dicit et uos credatis. Luc. 1, 38: dixit autem maria ecce ancilla dnī fiat mihi secundum uerbum tuum; 2, 2. 3: haec descriptio prima facta est a praeside syriae cyrino et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem; 4. 16: secundum consuetudinem suam; 24: amen dico uobis quia nemo propheta acceptus est in patria sua; 7, 7: propter quod et me ipsum non sum dignus arbitratus ut uenirem ad te; 38: et capillis capitis sui tergebat et osculabatur pedes eius; 10, 41: sollicita es et turbaris erga plurima; 42: unum est necessarium; 22, 62: et egressus foras petrus fleuit amare; 24, 51: et ferebatur in caelum. Marc. 2, 26: sub abiatar principe sacerdotum: 27: et dicebat eis sabbatum propter hominem factum est et non homo propter sabbatum; 3, 21: dicebant enim quia in furore uersus est. Omisiones aliæ sunt:

Matth. 13. 35; 15, 6; 18, 26. 29; 21, 5; 22, 7; 23, 14. 21. 30; 28, 6. Joh. 4, 49. 50. 54; 5, 9. 10; 6, 59; 7, 50; 9, 34; 10, 13. 34. 42; 11, 21; 13, 17; 20, 12; 21, 18. Luc. 1, 74; 4, 18. 38; 5, 26. 39; 6, 33; 7, 17. 31. 46; 8, 22; 9, 52; 11, 28. 41; 12, 9. 19. 26. 30. 49; 14, 16; 15, 22; 16, 18; 17, 17; 19, 20. 33. 39; 20, 23. 30. 35; 22, 20. 64. 68; 23, 3. 12. 39; 24, 36. 40. 42. 43. 52. Marc. 1. 42. 43; 2, 3. 15. 19; 3, 22; 4, 2. 22. 33. 34. 37. 40; 5, 12. 19. 22. 23. 29. 32. 41; 6, 6. Multæ harum omisionum in aliis textibus antehieronymianis qvoqve reperiuntur.

Nonnullas qvoqve additiones magni momenti hic indicabo: Matth. 21, 16: propter inimicos tuos (psalm. 8, 3); 24, 36:

neque filius hominis; 40: duo in lecto uno unus adsumetur et unus relinquetur. Joh. 1, 23: rectas facite semitas dī nostri(Es. 40, 3); 24: de leuuitis; 2, 3: et factum est per multam turbam vocitorum; 23: in eos qui infirmi erant; 3, 16: in hunc mundum; 28: eis qui missi sunt ab hierosalymis ad me; 36: et post haec traditus est iohannis; 5; 16: et quaerebant eum occidere; 38; misit enim unicum filium suum et hunc non audistis; 7, 40: qui in saeculum uenit; 11, 1: qui tenebatur in infirmitate magna; 14, 17: in aeterum; 20, 30: postquam resurrexit a mortuis. Luc. 9, 44: dixit petrus dnē quare nos non potuimus eicere illum quibus dixit quoniam huius modi orationibus et ieiuniis eicitur; 13, 4: milia; 23, 2: et soluentem legem et profetas; 43: patris. Marc. 1, 22: et farisaei; 3, 15: et ut circumeuntes praedicarent euangelium dī.

Aliæ additiones magni momenti sunt: Matth. 13, 42; 20, 28; 22, 13. Joh. 2. 7. 8. 9; 3, 6. 8. 17; 4, 45; 5, 32; 9, 25; 10, 27. 42; 11, 44; 20, 16. 30. Luc. 2, 42; 6, 21; 7, 16; 8, 49; 9, 50; 10, 23; 11, 2; 12, 10; 14, 31; 16, 8; 17, 11; 18, 14. 20; 19, 45; 21, 38; 22, 17. 27. 30. 32; 23, 55. Marc. 1, 32; 3, 8. 14; 13, 2. Aliæ obscuræ sunt: Luc. 4, 37: andreae; 23, 5: (xpš) et filios nostros et uxores avertit a nobis non enim baptisatur sicut et nos nec mundant; 24, 11: et non credebant illis LXX VIIII; 1, 3: et cleopas.

Textum codicis hac in editione accurate ad litteram et interpunctionen edere conatus sum. Codicem per paginam columnam versum sicut in editione grandi Tischendorfiana spatii causa seqvi non potui. Sed divisionem, sæpe, ut videtur, in codice temere adhibitam in sectionibus, ineuntibus littera grandi extra lineam posita, hac in editione littera ineunte magna signavi. Correcturas qvoqve pusillis litteris super lineam positis accurate reddidi.

Indicem cuiusqve evangelii et divisiones capitum versuumqve, qvibus nunc utimur, ut editio legentibus apta fieri posset, apposui.

Restat ut gratias qvam maximas agam omnibus qvi munere in bibliotheca palatina Vindobonensi funguntur ob benevolentiam præstitam mihi sæpe Vindobonæ commoranti. Similiter gratias qvam maximas ago administratoribus societatis scientiarum Christianiensis, qvod partem sumptuum huius opusculi edendi suppeditavit.

Christianiæ mensi Martii MDCCCXCVI.

J. Belsheim.

EUANGELIUM SECUNDUM MATTHAEUM.

XII . . . 49 Mater mea et ecce fratres mei. 50 qui
enim fecerit uoluntatem patris mei qui in caelis est ille meus
et mater et soror et frater est.
XIII. 1 In illa die egressus est ihs̄ et sedebat iuxta
mare. 2 et conuenerunt ad eum turbae multae ita ut nauem
ascenderet et sederet et uniuersus populus in litore stabat.
3 et lo- . . . ecce . . . nass . . . et cum se . . . quaedam
c(ae)ciderunt iuxta uiam . . . runt uolucres et comederunt ea.
5 alia autem caeciderumt super petrosa ubi non erat copiosa
terra et statim nata sunt. 6 orto autem sole estuantes
exaruerunt eo quod . . . . . . 7 in . . . et creuer . . t
spinae et suffocauerunt ea. 8 alia autem caeciderunt in
terram bonam et dabunt fructum aliut cum centensimum aliut
cum sexacensimum aliut uero cum tricensimum 9 qui habet
aures audiat. 10 Et audientes eum discipuli dixerunt quare
in parabolis loqueris eis. 11. Et respondens dixit illis
quoniam uobis datum est scire mysteria regni illis autem
non est datum 12 qui enim habet dabitur illi et abundabit .
qui autem non habet et quod habet auferetur ei. 13 ideo in
parabolis illis loquor ut uidentes non uideant 24
agro suo bonum semen 25 et dormientibus hominibus uenit
inimicus et seminauit zizania in medio tritici . et abiit . . . .
27 asti . . . uo unde ergo habet zizania. 28. Quibus ait
inimicus homo hoc fecit. Dicu^{n}t ei serui uis imus et colli-
gimus illa . . . . . 30 . . s co . . . . rimu . . et facite
manipulos et igni crementur triticum uero in horreo meo re-
ponite. 31 Aliam parabolam locutus est eis . . . . . . 32 et
fit arbor ut habes caeli maneant in ramis eius. 33 Aliam
parabolam dixit illis simile est regnum caelorum fermento
quod accipiens mulier abscondit in farina mensuras tres
usquequo totum fermentetur. 34 Haec igitur omnia locutus est
ihs̄ in parabolis populo et sine parabolas non loquebatur eis.

35 Ut suppleretur quod dictum est eis per prophetam dicen-
tem aperiam in parabolas os meum er . . . tuabor occulta
ab origine. 36 Tunc relinquens populum uenit in domum
et accesserunt ad eum discipuli dicentes dic nobis parabolam
agri et zizaniorum. 37 Quibus ait qui bonum seminatuit
semen filius est hominis 38 ager autem est hic mundus
bonum autem semen hi sunt filii regni . zizania autem sunt
filii maligni. 39 inimicus autem diabolus est qui seminauit
ea . et messis est consummatio saeculi . messores autem sunt
angeli 40 quoniam colligunt zizania et igni exuruntur . ita
erit et in consummationem saeculi 41 mittit filius hominis
angelos suos et colligunt de regno eius omnia scandala et eos
qui faciunt iniquitatem 42 et mittunt eos in fornace ignis
illic erit fletus oculorum et stridor dentium. 43 Tunc iusti
fulgebunt sicut sol in regno patris mei qui habet aures audiat.
44 Simile est regnum caelorum thensauro abscondito in agro
quod qui inuenit abscondit . et gaudio eius uad^{it}t uendit
omnia quae habuit et emit agrum illum. 45 Iterum simile
est regnum caelorum homini negotianti quaerenti bonas mar-
garitas 46 ubi autem inuenit praetiosam margaritam abit et
uendit omnia quae habuit et emit illam. 47 Iterum simile
est regnum caelorum retiae missae in mari quod ex omni
genere piscium colligunt 48 cum impletum est autem posue-
runt illud ad litus et sedentes collegerunt quae optimae sunt
in uasa quae autem mala praeiecerunt. 49 Ita erit in con-
summationem saeculi exeunt angeli et segregabunt malos de
medio iustorum 50 et mittet eos in fornacem ignis illic erit
ploratio et stridor dentium. 51 intellexistis haec. Aiunt
ita dñe 52 dicit illis propterea omnis scriba eruditus regno
caelorum . similis est homini patrifamiliae qui proferit de
thensauro suo uetera et noua. 53 Et factum est cum locutus
esset similitudinis istas migrauit inde 54 et cum uenisset in
patriam suam docuit illos in synagogis ipsorum ita ut stupe-
rent et dicerent unde huic sapientiam istam et uirtutes 55
nonne hic fabri filius est . et non mater eius dicitur maria
et fratres eius ia . . . . . 57 . . . isi i . . . ua et in domo
sua. 58 et non fecit ibi uirtutes multas propter incredulita-
tem . . . .

XIV . . . 3 . . . oh . . . m . . . uincxit ill(u)m in
carcerem propter herodiadem uxorem fratris sui . . . . . .
6 er(o)dis in medio triclinio et placuit herodi 7 unde cum
iureiurando . . . . 11 um iussit . . . misit et decollauit
iohannem in carcere et oblatum est capud eius in . . . . . .
22 et continuo cogit discipulos ascendere nauem et praecede-
rent trans mare donec remitteret turbas. 23 et cum demisis-
set turbas ascendit in montem orare singularis . sero autem

facto solus illic fuit 24 nauis autem iam erat in medio mari .
et magnis fluctibus laborabat . erat enim contrarius uentus.
25 Quarta autem uigilia noctis uenit ad eos ihs̄ ambulans
super mare. 26 cum uidissent autem illum in mari ambulan-
tem . turbati sunt dicentes fantasma est et a metu excla-
mauerunt. 27 Continuo autem ihs̄ locutus est illis dicens
constantes estote ego sum nolite metuere. 28 Respondit illi
petrus et dixit dn̄e si tu es iube me uenire ad te super
aquam. 29 ille autem dixit ueni et discendit de naui petrus
et ambulauit super aquam et ueniret ad ihm̄. 30 cum uideret
autem uentum ualidum timuit . et cum iam mergeretur
exclamauit dicens dn̄e libera me. 31 Continuo autem ihs̄
extendit manum et adpraehendit illum et at illi modice
fidei ad quid dubitasti. 32 et cum ascendisset nauem cae-
cidit uentus. 33 illi autem qui in naui erant uenerunt
et adorauerunt eum dicentes uere filius dī es. 34 et cum
transfretassent uenerunt ad terram gennesar. 35 et cum cog-
nouissent eum homines loci illius miserunt in totam illam
regionem et obtulerunt illi male habentes 36 et obsecrabant
eum tantum ut tangerent fimbriam uestimenti eius et quod-
quod tetigerunt saluati sunt.
XV. 1. Tunc accesserunt ad eum ab hierosolymis
farisaei et scribae dicentes 2 quare discipuli tui egrediuntur
traditionem saeniorum non enim labant manus suas cum edunt
panem. 3 Ille autem respondit et dixit quare et uos egrede-
mini mandatum dĭ propter traditionem uestram. Ds̄ enim
dixit 4 honora patrem et matrem . et qui maledixerit patri
aut matri morti moriatur. 5 uos autem dicitis quicumque dixerit
patri aut matri donum meum proficiet tibi 6 non honorauit
patrem suum . et euacuasti[8] uerbum dī propter traditionem
uestram. 7 Epocritae bene profitauit de uobis eseias dicens
8 populus iste labiis me diligit . cor autem eorum longe est a
me. 9 uane autem colunt me docentes doctrinas et praecepta
hominum. 10 Et aduocata turba dicit illis audite et intelle-
gite 11 non quod introit in os coinquinat hominem sed quod
egreditur de ore coinquinat hominem. 12 tunc accesserunt
ad eum discipuli et dixerunt scis quoniam pharisaei cum
audissent uerbum hunc scandalisati sunt. 13 Ille autem
respondit et dixit omnis plantatio quam non plantauit pater
meus caelestis eradicabitur. 14 sinite illos caeci sunt duces
caecorum caecus autem si caecum ducat simul in foueam
cadunt. 15 Respondit autem petrus et dixit illi narra nobis
dn̄e similitudinem istam. 16 Ille autem dixit adhuc et uos
insensati estis 17 non intellegitis quoniam omne quod introit
in os in uentre uadit et mittitur in secessum 18 quae egre-
diuntur ex ore de corde exeunt et illa communicant hominem

19 de corde enim exeunt cogitationes malae homicidia et
adulteria . fornicationes . testimonia falsa . blasfemia. 20 haec
sunt quae communicant hominem . non lotis autem manibus
edere non coinquinat hominem. 21 Et cum exisset inde ihs̄
secessit in partes syriae et sidonis 22 et ecce mulier cananea
a finibus illis exiens exclamauit dicens miserere mihi dn̄e fili
dauid . filia mea male daemonio uexatur. 23 Ille autem uerbum
illi non respondit . et cum accessissent discipuli obsecrauerunt
eum dicentes demitte illam dn̄e quoniam clamat post nos.
24 Ille autem respondit et dixit non sum missus nisi ad oues
quae perierunt domus isdrahel. 26 Ille autem respondit et
dixit non est bonum accipere panem filiorum et mittere cani-
bus. 27 Illa autem dixit ita dn̄e et canes edunt de micis quae
cadunt a mensa dominorum suorum. 28 Tunc respondit ihs̄
et dixit illi o mulier magna est fides tua fiat tibi sicut tu uis .
et curata est filia eius in illa hora. 28 Et cum transisset
inde ihs̄ uenit ad mare galileae et ascendit in montem et
sedit illic 30 et accesserunt ad eum turbae multae habentes
secum surdos multos caecos clodos et alios multos et subie-
cerunt eos pedibus eius et curauit eos 31 ita ut tnrbae
admirarentur. Cum uiderent surdos audientes clodos ambu-
lantes et caecos uidentes et clarificabant dm̄ isdrahel. 32 Ihs̄
autem dixit discipnlis suis contristatus sum super turbas
quoniam iam tres dies sunt quod mecum manent et non
habent quod edant et non remittam eos sic ieiunos ne , forte
deficiant in uia. 33 et aiunt illi discipuli unde ergo in deserto
nobis panes saturare turbam tantam. 34 Et dicit illi^{s} ihs̄
quod panes habetis illi autem dixerunt septem et paucos
pisciculos. 35 et praecepit turbis discumbere super terram
36 et accepit panes et pisces benedixit et fregit et dedit
discentibus suis di^{s}cen^{te}s autem turbis 37 et manducaue-
runt omnes et satiati sunt et quod superfuit de panibus tule-
runt septem sportas plenas. 38 qui edebant autem fuerunt
quattuor milia hominum exceptis pueris et mulieribus. 39 Et
cum demississet turbam ascendit nauem et uenit ad terminos
magedan.

XVI. 1 Et cum accessissent farisaei et sadducei temp-
tantes interragauerunt eum ut signum de caelo ostenderet
illis. 2 Ille autem respondit et dixit illis cum sero factum
est dicites serenum est rubicundum est enim caelum 3 mane
hodie tempestas . rubicundum est enim cum tristitiam caelum
4 hypocrite faciem quidem caeli nostis discernere . signa
autem temporum non potestis scire generatio nequa inquirit
signum et signum non dabitur illi nisi signum ionae profetae .
et demisit et abiit 5 et cum uenissent trans mare obliti
sunt discipuli emere panes. 6 Ihs̄ autem dixit illis uidete

cauete a fermento pharisaeorum et sadduceorum. 7 tunc
reputabant apud se dicentes quia panes non emimus. 8 Cum
cognouisset autem ihs̄ dixit quid cogitatis apud uos ipsos
modicae fidei quia panes non habetis 9 nondum intellegites .
neque memores estis quinque panes illorum quinque milium
et quod cophinos accepistis. 10 et de septem panibus quatuor
milia . et quod sportas acceperites 11 non intellegites quon-
iam non de panibus dixi uobis . cauete a fermento pharisae-
orum et sadduceorum 12 tunc intellexerunt quia non dixit
ut cauerent a panibus sed a doctrina pharisaeorum et sadduce-
orum. 13 Cum uenisset autem ihs̄ in parte cesareae philippi
interrogabat discipulos suos dicens quem me homines dicunt
esse filium hominis. 14 Illi autem dixerunt iohannem bap-
tistam . alii eliam . alii autem hieremiam aut unum ex
profetis. 15 Ait illis uos autem quem me dicitis esse.
16 Respondit simon petrus et dixit tu es xps̄ filius dī uiui.
17 Respondit et dixit illi beatus es simon uariana quoniam
non caro et sanguis tibi reuelabit sed pater meus qui in caelis
est. 18 et ego tibi dico quia tu es petrus et super istam
petram aedificabo ecclesiam meam et portae inferorum non
uicent eam 19 et tibi dabo claues regni caelorum et quae
legaueris super terra erunt ligata et in caelis et quaecumque
solueris in terram erunt soluta in caelis. 20 tunc increpauit
discipulis suis ihs̄ ne cui dicerent quia xps̄ est. 21 exinde coepit
ostendere ihs̄ discipulis suis quia oportet illum in hierosolyma ire
et multa pati a senioribus . et a sacerdotibus et scribis et inter-
fici et post tertium diem resurgere. 22 Et adsumpto eo petrus
coepit corripere illum dicens propitius esto dn̄e non erit istut.
23 Ille autem conuersus dicit petro uade post me satanas
scandalum mihi es quia non intellegis quae sint dī. 24 Tunc
ihs̄ dixit discipulis suis si quis uult post me uenire deneget
se sibi et tollat crucem suam et sequatur me. 25 qui enim
uoluerit animam suam saluare perdet illam . qui autem
perdideret illam causa mei inueniet illam. 26 quid enim
proficiet homo si mundum lucratus fuerit . animam autem
damnum fecerit . aut quid dabit homo redemptionem anima-
nimae suae 27 incipiet enim filius hominis uenire in claritate
patris sui cum angelis suis et tunc retribuet unicuique
secundum factum eius. 28 Amen dico uobis quia sunt quidam
ex is qui adsistunt qui non prius gustabunt mortem donec
uideant filium hominis uenientem in regno suo.

XVII. 1 Et factum est post dies sex adsumpsit ihs̄
petrum et iacobum et iohannem fratrem eius et inposuit illos
in montem altum separatim 2 et confortatus ihs̄ coram ipsis
fulgebat uultus eius sicut sol . uestimenta autem eius facta
sunt alba sicut nix 3 et ecce uisus illis moyses et elias cum eo

conloquentes. 4 Respondit autem petrus ad ihm̄ dicens dn̄e bonum est hic nos esse si uolueris hic faciamus tabernacula tria . tibi unum et moysi unum et eliae unum 5 et adhuc cum loqueretur ecce nubes lucida inumbrauit illos . et ecce uox de nube dicens hic est filius meus dilectissimus in quo bene sensi ipsum audite. 6 Et cum audissent discipuli caeciderunt in faciem suam et timuerunt nimis. 7 Et accessit ihs̄ et tetigit eos et dixit exsurgite et nolite metuere 8 et cum adleuassent oculos neminem uiderunt nisi solum ihū.
9 Et cum discenderent de montem praecepit illis ihs̄ dicens nemini dixeritis uisionem quoadusque filius hominis a mortuis resurgat. 10 Et interrogauerunt eum discipuli dicentes quid ergo scribae dicunt quia heliam oportet primo uenire. 11 Ille autem respondit et dixit helias quidem ueniet et disponet omnia. 12 Dico autem uobis quia helias iam uenit et non agnouerunt eum sed fecerunt in eum quaecumque uoluerunt.
13 tunc intellexerunt quia de iohannen baptistam dixit illis. Et ait illis sic et filius quidem hominis incipiet pati ab eis.
14 Et cum uenisset ad turbas accessit ad eum homo prouolutis genibus dicens dn̄e miserere filio meo quoniam uexatur daemonio et male patitur saepae enim cadet in ignem at aliquando in aquam 15 et obtuli eum discipulis tuis et non potuerunt eum curare. 16 Respondit autem ihs̄ et dixit illis generatio incredibilis et peruersa usquoquo ero apud uos usquequo uos sustinebo adferte hoc illum mihi. 17 et corripuit illum ihs̄ et exiuit ab eo daemonium et curatus est puer ab illa hora. 18 Tunc accesserunt discipuli secreto ad ihm̄ et dixerunt quare nos non potuimus expellere eum. 19 Et ait illis ihs̄ propter incredulitatem uestram amen dico uobis si habueritis fidem tamquam granum sinapis dicitis monti huic transi illoc et transiet et nihil inpossibile erit uobis. 21 Cum autem regrederetur ipse in galilaeam dixit illis ihs̄ incipiet filius hominis tradi in manibus hominum 22 et interficient eum et post triduum resurget . contristati sunt nimis 23 et cum uenissent capharnaum accesserunt qui tributum accipiunt ad petrum et dixerunt magister uester non pendet tributum.
24 et ait ita. Et cum introisset in domo ihs̄ antecipauit eum dicens quid tibi uidetur simon reges terrae a quibus accipiunt tributa aut censum a filiis suis aut alienis 25 ille autem respondit ab alienis ait illi ihs̄ ergo tamen liberi sunt isti
26 ne tamen scandalizemus eos uade ad mare et mitte amum et ascendentem primum piscem adfert et aperi os eius et inueniens in illum staterem sume illum et da illis pro me et te.

XVIII. 1. In illa autem die accesserunt discipuli ad ihū et dixerunt illi quisnam erit maior in regno caelorum.

2 Et uocauit ad se ihš infantem unum et statt illum in medio
eorum. 3 et dixit amen dico nobis quoadusque conuertamini
et fueritis sicut infans iste non introibitis in regno caelorum
4 quicumque ergo humiliauerit se sicut infans iste hic est
magnus in regno caelorum 5 et qui receperit infantem talem
in nomine meo me recipit, 6 Qui autem scandalizauerit
unum ex pusillis istis qui credunt in me . utile est illi ut
suspendatur mola asinaria in collum eius et praecipitetur in
profundum maris 7 uae mundo ab scandalis . necesse est
enim scandala uenire uerumtamen uae illi homini per quem
scandalum uenit. 8 Si autem manus tua aut pes scandali-
zauerit te amputa illud et abice abs te bonum est enim
clodum aut mancum uenire ad uitam quam duos pedes aut
manus habere et mitti in gehennam aeternam 9 et si oculus
tuus scandalizat te exime eum et abice abs te expedit enim
tibi cum uno oculo uenire ad uitam quam duos oculos habentem
mitti in ignem aeternum. 10 uidete ne expernatis unum ex
pusillis istis dico enim uobis quia angeli eorum uident semper
faciem patris mei qui in caelis est. 12 Quid uobis uidetur
si fuerint alicui homini centum oues et errauerit una ex illis
non relinquet . XC. et .VIIII. in montibus et uadet quaerere
eam quae errauerit. 13 et si fuerit ut inueniat illam . amen
dico uobis quoniam gaudet super ipsam magis quam super .
XC. et . VIIII. quae non erauerunt. 14 ita non est uoluntas
ante patrem uestrum qui in caelis est ut pareat unusm ex
pusillis istis. 15 Si autem peccauerit in te frater tuus uade
et corripe eum inter te et ipsum solus . et si te audierit
lucratus es fratrem tuum. 16 si autem non audierit te
adsume tecum unum aut duos in ore enim duum aut trium
testium stabit omne uerbum 17 si autem contempserit eos
dicis ecclesiae si ecclesiam contempserit sit tibi quasi gens
aut publicanus. 18 Amen dico uobis quaecumque alligaueritis
in terram erunt ligata et in caelo . et quaecumque solueritis
in terra erunt soluta et in caelo. 19 iterum audite dico uobis
quoniam si duobus ex uobis conuerit in terra de omni re
quamcumque petieritis continget uobis a patre meo qui in
caelis est 20 et ubicumque fuerint duo aut tres collecti in
nomine meo et ego cum eis sum. 21 Tunc accessit ad eum
petrus et dixit dñe si peccauerit in me frater meus quotiens
remittam illi usque spepties 22 ait illis ihš non dico tibi
septies sed septuagies septies. 23 Propter hoc similatum est
regnum caelorum homini regi qui uenit rationem deducere
cum seruis suis. 24 et cum inciperet rationem quaerere .
oblatus est ei debitor decem milium thalentorum 25 et cum
non haberet unde reddere iussit eum dominus suus uenire et
uxorem eius et filios et omnia quae habebat . et reddi.

26 Caecidit autem ille seruus et obsecrauit dominum suum
dicens patiens esto mihi et reddam. 27 commotus autem
dominus serui illius dimisit illum et debitum ei demisit.
28 cum exisset autem seruus ille inuenit unum de ex con-
seruis suis qui ei debebat centum denarios . et detinens illum
suffocabat illum dicens redde mihi quod debes. 29 caecidit autem
conseruus eius et rogauit illum dicens patiens esto circa me et
reddam tibi. 30 ille autem noluit sed abiit et misit illum in carce-
rem quoadusque redderet quod debebat. 31 Cum uidissent ergo
conserui eius quae acta erant irati sunt et uenerunt et narraverunt
dn̄o suo omnia quae agebantur. 32 Tunc aduocauit eum dn̄s
eius et dixit ei serue nequissime omne debitum illum demisi
tibi quoniam rogasti me. 33 non oportuerat et te misereri
conseruo tuo quomodo et ego tui misertus sum. 34 et iratus
dn̄s eius tradidit eum tortoribus quoadusque redderet omne
debitum 35 ita et uobis faciet pater meus caelestis . si non
remiserit unusquisque fratri suo a cordibus uestris.
XIX. 1 Et factum est cum locutns esset ih̄s uerba
ista transtulit se a galilaea et uenit ad fines iudeae trans
iordanen 2 et secutae sunt eum turbae multae . et curauit
eos illic. 3 Et accesserunt ad eum farisaei temptantes eum
et aiunt si licet homini demittere uxorem suam ex omni
causa. 4 Ille autem respondit et dixit non legistis quia qui
constituit ab initio masculum et feminam dixit 5 propter
hoc relinquet homo patrem et matrem et adiungetur uxori
suae et erunt duo in unam carnem. 5 ergo non sunt iam
duo sed una caro est . quod ergo ds̄ coniunxit in unum homo
non separet. 7 Aiunt illi quare ergo moyses praecepit dare
libellum repudii et dismittere. 8 Dicit illis propter duritiam
cordis uestri permisit uobis moyses remittere uxores uestras
ab initio enim non ita factum est. 9 Dico autem uobis qui-
cumque dimiserit uxorem suam praeter causam fornicationis
et aliam duxerit adulter est. 10 Aiunt illi discipuli si sic
est causa hominis cum uxorem non expedit nubere. 11 Ille
autem dixit illis non omnes capiunt uerbum sed illis quibus
datum est. 12 sunt enim spadones qui ex utero matris nati
sunt sic et sunt spadones qui facti sunt ab hominibus et sunt
spadones qui se ipsos castrauerunt propter regna caelorum
qui potest capere capiat. 13 Tunc oblati sunt illi infantes
ut manus illis inponeret et adorarent . discipuli autem corri-
piebant eos. 14 Ih̄s autem dixit sinite infantes uenire ad
me et nolite prohibere eos . ipsorum est enim regnum cae-
lorum. 15 Et cum inposuisset illis manus abiit inde 16 et
ecce unus accessit ad eum et dixit magister quid boni
faciam ut uitam aeternam consequar. 17 Ille autem dixit
illi quid me interrogas de bono unus est bonus pater . si

autem uis ad uitam uenire serua mandata. 18 ait illi quae .
dicit illi non occidis non moecaueris . non furaueris non
falsum testimonium dicis. 19 honora patrem et matrem . et
diliges proximum tuum tamquam te ipsum. 20 Dixit illi
ille iuuenis omnia ista obseruaui a iuuentute mea quid adhuc
mihi deest. 21 Ait illi ihs̄ si uis perfectus esse uade et
uende et uende omnia tua et da egenis et habebis thensau-
rum in caelis . et ueni sequere me. 22 Et cum hoc audisset
contristatus est . fuit enim habiens diuitias multas. 23 Ihs̄
autem dixit discipulis suis amen dico uobis quoniam difficile
diuis poterit introire in regna caelorum. 24 Iterum autem
dico uobis facilius est camello per cauerna acus pertransire
quam diuitem introire in regna caelorum. 25 Cum audis-
sent autem discipuli stupebant et metuebant uehementer
dicentes quisnam poterit saluari. 25 Respiciens autem ihs̄
dixit illis apud homines hoc inpossibile est apud dnm̄ au-
tem omnia possibilia sunt. 27 Tunc respondit petrus et
dixit illi ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te quid-
nam erit nobis. 28 Ille autem dixit illis amen dico uobis
quoniam uos qui me saecuti estis in resurrectione cum sederit
filius hominis in throno claritatis suae sedetis et uos super
duodecim thronos iudicantes duodecim tribus isdrahel 29 et
omnis quicumque dimiserint domos et agros aut fratres aut
sorores aut filios . aut parentes causa nominis mei . et hic
centuplum accipiet et in futuro uitam aeternam consequetur.
30 Multi autem erunt primi nouissimi et nouissimi primi.
XX. 1. Simile est regnum caelorum homini patri-
familias qui exiuit primo mane conducere operarios in uineam
suam. 2 et conuenit illi cum operariis denario diurno et misit eos
in uineam suam. 3 et exiuit circa tertiam horam et uidit alios
stantes ostiosos in foro 4 et dicit illis ite et uos in uineam meam
et quod fuerit mercedes nomine dabo uobis. 5 Ille autem abie-
runt iterum exiuit circa sextam et nonam et fecit similiter. 6 circa
undecimam autem horam cum exisset alios inuenit stantes .
et ait illis quid hic statis tota t die otiosi. 7 Dicunt illi
quoniam nemo nos conduxit . dixit illis ite et uos operamini
in uineam meam. 8 Sero autem facto dicit dominus uineae
procuratori suo uoca operarios et redde illis mercedem . inci-
piens a nouissimos usque ad primos. 9 Cum uenissent ergo
qui circa undecima acceperunt singulos denarios. 10 et cum
uenissent primi arbitrati sunt quoniam plus acceperunt .
acceperunt et ipsi singulos denarios. 11 cum accepissent
autem primi murmurauerunt aduersum patrem familias 12 di-
centes hii nouissimi una hora fecerunt et aequales eos nobis
fecisti qui baiulauimus onus diei et aestum. 13 Ille autem
respondit et dixit uni ex his amice non facio tibi iniuriam

nonne denario conuenit mihi et tibi 14 tolle quod tuum est
et uade uolo autem huic nouissimo dare sicut et tibi 15 aut
non licet mihi quod uolo facere de re mea aut oculus tuus
nequa est quia ego bonus sum. 16 Sic erunt nouissimi primi .
et primi nouissimi . multi enim sunt uocati pauci autem
electi. 17 Et cum ascenderet ihs̄ hierosolymam adsumpsit
discipulos suos duodecim separatim in uiam et ait illis 18 ecce
adscendimus in hierosolymam et filius hominis traditur prin-
cipibus et sacerdotibus et scribis et damnabunt eum morte
19 et tradent eum gentibus . ad inludendum et crucifigent
eum et tertia die resurget. 20 Tunc accessit ad eum mater
filiorum zebedei cum filiis suis addorans et petens aliquid ab
eo. 21 Ipe autem dixit quid uis . et illa dixit dic ut sedeant
duo fili mei unus ad dextram tuam . et alius ad sinistram
in regno tuo. 22 Respondens autem ihs̄ dixit illi nescitis
quid petatis potes'is bibere calicem quem ego bibiturus sum .
dicent ei possumns. 23 Ait illis ihs̄ calicem quidem meum
bibetis . sedere autem ad dexteram meam aut sinistram non
est meum dare uobis sed quibus paratum est a patre meo
24 et audientes contristati sunt de duobus fratribus. 25 Ihs̄
autem uocauit eos ad se et ait eis . scites quod principes
gentium dominantur eorum et qui maiores sunt potestatem
exurgent in eis. 26 non ita erit inter uos sed quicumq(ue)
uoluerit inter uos maior fieri erit uester minister. 27 et qui
uoluerit inter uos primus esse erit uester seruus 28 sicut
filius hominis non uenit ministrari sed ministrare et dare
animam suam pro multis redemptionem. Uos enim quaeristis
de pusillo crescere et de maiore minorari . intrantes autem
rogati ad cenam nolite recumbere in eminentioribus locis .
ne forte honoratior te superueniat . et accedens qui ad
cenam te uocauit dicat tibi accede deorsum et confundaris .
si autem in loco inferiore recubueris et superuenerit humilior
te tunc dicet tibi qui te ad cenam uocauit accede superius .
et tunc erit tibi gloriam coram discumbentibus. 29 Et cum
egrederetur ihs̄ ab hierico saecutae sunt eum turbae multae.
30 et ecce duo caeci sedentes secus uiam audierunt quoniam
ihs̄ transit . clamauerunt dicentes miserere nostri ihū fili
dauid. 31 turba autem increpabat eos aut tacerent . ad illi
magis clamabant dicentes miserere nobis ihū fili dauit. 32 Et
stetit ihs̄ et uocauit eos et ait quid uultis faciam uobis.
33 dicunt illi dn̄s ut aperiantur oculi nostri 34 misertus est
autem illis ihs̄ et tetigit oculos eorum et confestim uiderunt
et saecuti sunt eum.

XXI. 1 Et cum adpropinquasset hierosolymis et uenis-
set in uethpagae in montem olиueti tunc ihs̄ misit duos disci-
pulos suos 2 dicens ite in castellum quod est contra uos et

continuo inuenietis asina alligata et pullum eius cum ea
soluite et adducite mihi. 3 et si quis uobis aliquid dixerit
dicite quia dn̄o opus sunt et continuo remittet eos. 4 Hoc
autem factum est ut impleretur quod dictum erat per pro-
fetam dicentem. 5 ecce rex tuus uenit tibi mites sedens
super asinam et pullum eius subiugale. 6 Euntes autem
discipuli fecerunt sicut praecepit illis ihs̄. 7 et adduxerunt
asinam et pullum eius et inposuerunt super eum uestimenta
et sedebat super eum. 8 plurima autem turba strauerunt
uestimenta in uia alii autem caedebant ramos de arboribus
et strauerunt in uiam. 9 turbae autem quae praecebant
clamant dicentes . ossanna fili dauid benedictus qui uenit
in nomine dn̄i ossanna in altissimis. 10 Et cum intrasset in
hierosolymam commota est uniuersa ciuitas dicens quis est
hic. 11 multi autem dixerunt hic est xps̄ profeta a nazaret
galileae. 12 Et intrauit ihs̄ in templum dī et eiciebat omnes
uendentes et ementes in templum et mensas nummulariorum
et columbas euertit et categras eorum qui sedebant 13 et
dixit illis scriptum est domus mea domus orationis uocabitur .
uos autem fecistis illam speluncam latronum. 14 Et accesse-
runt ad eum caeci clodi et sanauit eos. 15 Uidentes autem
principes sacerdotum et scribae mirabilia quae fecit ihs̄ et
pueros clamantes in templo et dicentes ossanna fili dauid .
indignati sunt autem 16 et dixerunt ei audis quid isti dicunt.
Ihs̄ autem dixit illis non legistis ex ore infantium et lactan-
tium perfecisti laudem propter inimicos tuos. 17 Et relictis
illis abiit extra ciuitatem bethaniam ibique mansit. 18 Mane
autem transiens ciuitatem esuriit 19 et uidit arborem ficu
secus uiam et uenit ad eam et nihil inuenit in eam nisi
folia tantum . et ait illi numquam ex te fructus nascatur in
sempiternum et arefacta est continuo. 20 et uidentes disci-
puli mirati sunt dicentes quomodo continuo aruit. 21 Respon-
dens autem ihs̄ ait illis amen dico uobis si habueritis fidem
et non haesitaueritis non solum de ficurnea facietis . sed et
si monti dixeritis tolle te et iacta te in mare fiet. 22 et
omnia quaecumque petieritis in oratione credentes accipietis.
23 Et cum uenisset in templum accesserunt ad eum principes
sacerdotum et seniores populi dicentes in qua potestate haec
faces et quis tibi dedit hanc uirtutem. 24 Respondens ihs̄
dixit illis interrogo uos et ego unum uerbum dicite mihi et
ego uobis dicam in qua potestate haec facio. 25 baptis-
mum iohannis unde est de caelo an ex hominibus. Ad illi
cogitabat inter se dicentes 26 si dixerimus de caelo dicet
uobis quare non creditis illi . si autem dixerimus ex homini-
bus timemus turbam omnes enim habent eum sicut profetam.
27 Et respondentes ad ihm̄ dixerunt nescimus. Ait illis ihs̄

nec ego uobis dico in qua potestate haec facio. 28 Quid
autem uobis uidetur homo quidam habebat duos filios accedens
ad primum dixit fili uade operari in uineam. 29 Ille autem
respondens dixit nolo postea poenitentia motus abiit in uineam.
30 accessit autem ad alterum et dixit similiter ad ille respon-
dens dixit eo dñe et non iit 31 quis ex duobus fecit patris
uoluntatem. Dicunt ei nouissimus . dicit illis ihš amen dico
uobis quod meretrices et publicani praecedunt uos in regno
dī 32 uenit enim ad uos iohannis in uiam iuștitiae docens
et non credidistis ei publicani autem et meretricis crediderunt
ei . uos autem uidentes paenitentiam habuistis postea quod
non credidistis ei. 33 Aliam parabolam audite homo quidam
erat paterfamilias qui plantauit ᵘineam et saepem circumdedit
in eam et torcularem et aedificauit turrem at locauit eam
colonis et pere profectus est. 34 cum tempus autem fructus
adpropinquasset misit seruos suos ad colonos ut acciperet de
fructibus suis 35 et coloni adpraehensis seruis unum caecide-
runt alium autem lapidauerunt alium uero occiderunt. 36 Ite-
rum misit alios seruos plures et fecerunt illis similiter.
36 nobissime autem misit filium suum unicum dicens forsitam
reuerebuntur filium meum. 38 Coloni autem uidentes filium
dᵉo longe dixerunt intra se hic est heres uenite occidamus
eum et nostra erit hereditas eius. 39 et adpraehensum eum
occiderunt et proiecerunt eum extra uinea 40 cum ergo
uenerit dnš uineae quid faciet colonis illis. 41 Aiunt illi
malos male perdet et uineam locauit aliis colonis qui reddent
ei fructum temporibus suis 42 Dicit illis numquam legistis
lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in
capud anguli a dnō factum est . et est mirabilis in oculis
nostris. 43 Ideo dico uobis quia auferetur a uobis regnum
dī et dabitur genti facienti fructum eius. 45 Et cum audissent
principes sacerdotum et pharisaei parabolas eius cognouerunt
quod de ipsis dicit. 46 et quaerentes eum tenere timuerunt
turbas quoniam sicut profetam eum habebant.

XXII. 1 Et respondens ihš dixit illis iterum in para-
bolis dicens 2 simile est regnum caelorum homini regi qui
fecit nuptias filio suo 3 et misit seruos suos uocare inuitatos
ad nuptias et noluerunt uenire. 4 iterum misit alios seruos
dicens dicite inuitatis ecce prandium meum paraui tauri et
saginata parata omnia uenite ad nuptias. 5 Illi autem negle-
xerunt . et abierunt unusquisque in uillam suam . alii uero
ad negotiationem suam 6 reliqui ergo tenuerunt seruos eius
et contumelia adfectos occiderunt. 7 Ille autem rex cum
audisset iratus est . et misit exercitum suum et perdidit
homicidas illos et ciuitates eorum. 8 tunc ait seruis suis
nuptiae quidem paratae sunt .. sed qui erant inuitati non

fuerunt digni. 9 ite ergo ad exitus uiarum et quoscumque
inueneritis uocate ad nuptias. 10 Et egressi serui eius in
uias congregauerunt omnes quodquod inuerunt malos et
bonos et impletae sunt nuptiae a discumbentibus. 11 Intrauit
autem rex ut uideret discumbentes et uidit ibi hominem non
uestitum uestimentum nuptiale 12 et ait illi amice quomodo
hoc uenisti non habes uestimentum nuptiale ad ille ommu-
tuit. 13 Tunc dixit rex ministris tollite illum pedibus et
manibus et mittite eum in tenebris exteriores illic erit fletus
oculorum et stridor dentium. 14 Multi enim sunt uocati
pauci autem electi. 15 Tunc abierunt farisaei . et concilium
acceperunt ut caperint eum in sermonem. 16 et mittunt
discipulos cum herodianis dicentes magister scimus quia uerax
es . et uiam dī in ueritate doces nec est tibi cura de aliquo
non enim respicies personas hominum 17 quid tibi uidetur
licet dari censum caesari aut non. 18 Cum cognouisset autem
ihs̄ nequitiam eorum ait illis hypocritae quid me temptatis
19 ostendite mihi denarium ad illi obtulerunt ei denarium.
20 Ait illis ihs̄ cuius est imago haec et superscriptio. 21 Di-
cunt ei caesaris tunc ait illis reddite quae sunt caesaris caesari
et quae dī dō 22 et illi audientes mirati sunt et relicto eo
abierunt. 23 In illa die accesserunt ad eum sadducei qui
dicunt non esse resurrectionem et interrogauerunt eum 24 di-
centes magister moyses scripsit nobis ut si quis frater mor-
tuus fuerit et non habuerit filium ut ducat frater eius uxorem
ipsius. 25 erant autem autem apud nos septem fratres et
primus accepta uxore defunctus est et non habens semen
reliquid uxorem fratri suo. 26 similiter et secundus . et
tertius usque ad septimum. 27 nobissime autem mulier
defuncta est. 28 in resurrectionem autem cuius erit uxor .
septem enim habuerant eam. 29 Respondit ihs̄ et dixit illis
erratis non scientes scripturam neque uirtutem dī. 30 in
resurrectionem enim neque nubunt neque nubuntur sed erunt
sicut angeli caelorum. 31 de resurrectionem autem mortuorum
non legistis quod dictum est a dō dicentem 32 ego sum ds̄
abraham . et ds̄ isac el ds̄ iacob et non est ds̄ mortuorum
sed uiuorum. 33 Et cum audirent turbae stupebant in doctrina
eius. 34 farisaei autem cum uidissent quoniam mutos reddidit
sadducaeos . collecti sunt ad eum 35 et interrogauit unus
ex his temptans eum 36 magister quod mandatum magnum
est in lege. 37 Ait illi ihs̄ diliges dnm̄ dm̄ tuum ex tote
corde et ex tota anima tua et in omni iustitia et in tota
cogitatione tua 38 istut est magnum et primum mandatum.
39 secundum autem simile illi diliges proximum tuum tam-
quam te. 40 in his duob(us) praeceptis tota lex pendet et
profetae. 41 Collectis autem pharisaeis interrogauit eos ihs̄

42 dicens quid uobis uidetur de xpō cuius filius est . aiunt
dauid. 43 Dicit illis quomodo ergo dauid in spū dnm̄ eum
uocat suum dicens 44 dixit dn̄s dnō meo sede ad dextram
meam quoadusque ponam inimicos tuos sub pedibus tuis.
45 Si ergo dauid uocat eum dnm̄ quomodo filius eius est
46 et nemo potuit ei respondere uerbum . neque ausus fuit
quisquam ab illa die interrogare eum amplius ullum uerbum.
XXIII. 2 Et dixit illis super cathedram moysei sede-
runt scribae et pharisaei. 3 omnia itaque quaecumque dixe-
rint uobis seruate ea et facite . secundum autem facta eorum
^{n}e feceritis , dicunt enim et non faciunt. 4 aligant enim
onera grauia et inponunt super umeros hominum digito
autem suo nolunt mouere ea. 5 omnia autem opera sua
faciunt ut uideantur ab hominibus dilatant enim philacteria
sua et magnificant fimbrias. 6 diligunt enim primum locum
recumbendi in cenis et primam sessionem in synagogis 7 et
salutationes in foro , et uocari ab hominib(us) rabbi. 8 uos
autem ne uocati fueritis rabbi . unus est enim uobis magister .
omnes autem uos fratres estis 9 et patrem ne uocaueritis
uobis super terram . unus est enim pater uester qui est in
caelis. 10 neque nomini magistri quoniam magister est uobis
xp̄s. 11 maior autem uobis erit uester diaconus. 12 qui
autem exaltauerit se humiliauitur et qui se humiliauerit exal-
tabitur. 13 Uae autem uobis scribae et pharisaei hypocritae
quia cluditis regnum caelorum . ante homines . uos enim
non introitis . neque introeuntes sinitis introire 15 uae uobis
scribae et pharisaei hypocritae quoniam circumitis mare et
ar^{h}adam facere unum prosylitum et cum factus fuerit facites
eum filium gehennae magis duplicem quam uos estis. 16 Uae
uobis deductores caecorum dicentes quicumque iurauerit in
templo nihil est . qui autem iurauerit in auro templi debet.
17 stulti et caeci quid enim maius est aurum aut templum
quod sanctificat aurum. 18 Et qui iurauerit in altari nihil
est . qui autem iurauerit in dono quod super illud est
debet. 19 caeci quid enim maius est . donum aut altare
quod sanctificat donum. 20 qui ergo iurat in altari iurat
et in omnibus quae super ipsum sunt 21 et qui iurat
in illo iurat et in illis et qui in eo inhabibat. 22 et qui iura-
uerit in caelo iurat in throno dī et in illo qui sedet super
eum. 23 Uae uobis scribae et pharisaei hypocritae quoniam
decimatis mentam et anethum et relinquites quae grauiora
sunt legis , iudicium et misericordiam et fidem haec oportet
facere et illa non dismittere 24 deductores caeci liquantes
culicem camellum autem gluttientes. 25 Uae uobis scribae
et pharisaei hypocritae quoniam emundatis quod a foris est
calices et parapsides intus autem pleni estis rapina et incon-

tinentia 26 pharisae caece emunda primo quod intus est
calicis ut fiat id quod a foris eius est mundum. 25 Uae
uobis scribae et pharisaei hypocritae quoniam similis estis
monumentis dealbatis quae a foris quidem apparent speciosa .
intus autem plena sunt ossibus mortuorum et omnes inmun-
ditiae. 28 ita et uos c a foris quidem paretis hominibus
quasi iusti . intrinsecus autem pleni estis rapina et iniquitate.
29 Uae uobis scribae et pharisaei hypocritae quoniam aedifi-
catis sepulcrha profetarum et exhornastis monumenta iustorum
30 et dicites si essemus in diebus patrum nostrorum 31 ergo
testimonium dicites de uobis quoniam fili estis eorum qui
occiderunt profetas 32 et uos adimplebitis mensuram patrum
uestrorum 33 serpentes generatio uiperarum quomodo fugi[e]tis
a iudicio gehennae. 34 Propter hoc ecce ego mitto ad uos
profetas et sapientes et scribas ex eis interficietis et crucifi-
getis flagellabitis in synagogis et a ciuitate in ciuitate fugietis
35 ut ueniat super uos omnes sanguis iustus qui effundetur
super terram. A sanguine abel iusti usque ad sanguinem
zachariae fili barachiae quem interfecistis in medio templi et
altaris. 36 Amen dico uobis uenient omnia super saeculum
istut. 37 Hierusalem hierusalem quae interficis profetas et
lapidas eos qui missi sunt ad te quotiens uolui congregare
filios tuos quomodo gallina congregat pullos suos sub alas
suas et noluisti. 38 ecce relinquetur uobis domus uestra
deserta. 39 Dico enim uobis non me uidebitis donec dicat[i]us
benedictus qui uenit in nomine dn̄i.

XXIV. 1 Et cum exisset ihs̄ de templo accesserunt
discipuli eius ostendere illi aedificia templi. 2 Ille autem
respondit et dixit illis uidetis omnia ista . amen dico uobis
non relinquetur hic lapis super lapidem qui non distruatur.
3 Ipso autem sedente in monte olìueti accesserunt ad eum
discentes secr[e]oto dicentes . dn̄e dic nobis quando ista fient
et quod signum aduentus tui consummationis. 4 Respondit
ihs̄ et di[xi]t cauete ne qui[s] uos seducat 5 multi enim uenient
in nomine meo dicentes . ego sum xps̄ et multos seducent.
6 incipietis enim audire bella et auditus bellorum uidete
nolite conturbari oportet enim fieri sed nondum est fines.
7 Exurget autem gens super gentem et regnum super regnum
et erunt fames et terre motus per singula loca. 7 haec autem
omnia initia dolorum. 9 Tunc autem tradent uos in praes-
suris et conuenticulis et in potestatibus et ante regis stabitis
et interficient uos . et eritis odibilis omnibus gentibus propter
nomen meum 10 et tunc scandalizabuntur et inuicem tradent .
et odient inuicem. 11 et multi pseudoprofetae exurgent et
seducent multos. 12 ex eo quod iniquitas abundauit refrige-
scet caritas multorum 13 qui autem perseuerauerit usque ad

finem hic salbus erit. 14 Et praedicabitur hoc euangelium
regni per totum orbem terrarum in testimonium omnibus
gentibus . et tunc ueniet finis. 15 Cum ergo uideritis abomi-
nationem uastationis quae dicta est per danihel profetam
stantem in loco sancto qui legit intellaegat. 16 Tunc qui in
iudaea sunt fugiant in montibus 17 qui autem in tecto est
non descendat tollere quicquam de domo sua 18 et qui in
agro est non conuertatur retro auferre uestimentum suum.
19 Uae autem praegnantibus et nutricantibus in illis diebus
20 orate autem ne fiat fuga uestra hieme aut sabbatorum. 21
erit enim praessura magna quales non est facta ab initio
mundi usque nunc sed neque fiet. 22 et nisi brebiati essent
dies illi non saluaretur omnis caro . propter electos autem
brebiabuntur illi dies. 23 Tunc si qui dixerit uobis ecce hic
est xps̄ ecce illic nolite credere 24 surgent enim pseudoxpī
et pseudoprofetae et dabunt signa magna et prodigia . ita ut
errent si fieri potest electi. 25 ecce praedixi uobis 26 si
ergo dixerint uobis ecce in deserto est nolite exire . ecce in
promtuariis nolite credere 27 sicut enim coruscatio quae
exit ab oriente et apparet usque ad occidentem ita erit et
aduentus fili hominis 28 ubi erit corpus illic congregabuntur
aquilae. 29 Continuo autem post tribulationem illorum dierum
sol in tenebris conuertetur et luna non dabit lumen suum et
stellae cadent de caelo et uirtutes caelorum mouebuntur
30 et tunc apparebit signum fili hominis in caelo et lamenta-
buntur omnes tribus terrae et uidebunt filium hominis ueni-
entem in nubibus caeli cum uirtute magna et claritate 31 et
mittet angelos suos cum tuba magna et colligent electos eius
a quattuor uentis ab extremo caelorum usque ad extremum
eorum. 32 A ficu autem dinoscite similitudinem cum iam
ramus eius fuerit tener et folia germinauerint cognoscite quon-
iam iam proximus est aestus 33 ita et uos cum uideritis
omnia ista cognoscite quoniam in proximo est ad ianuam.
34 amen dico uobis quia non transiuit generatio ista donec
ista omnia fiant 35 caelum et terra transiet sermones autem
mei non transient 36 de die autem illo et hora nemo scit
neque angeli caelorum neque filius hominis . nisi pater solus.
37 Quomodo enim fuit in diebus noe . ita erit et aduentus
fili hominis. 38 quomoda enim fuerunt in dieb(us) cataclysmi
manducantes et bibentes . nubentes . n^{u}optiantes 39 et non
cognouerut quoadusque ueniret cataclysmus et abstulit omnes .
ita erit et aduentus fili hominis. 40 Tunc duo erunt in uilla
unus adsumetur et unus relinquetur . duo in lecto uno unus
adsumetur et unus relinquetur. 41 duae molentes in molendino
una adsumetur et una relinquetur. 42 uigilate itaque quoniam
nescitis qua hora aut qua die dominus uester uenit. 43 Illud

autem scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur
ueniret uigilaret utique et non permitteret perfodiri domum
suam. 44 Propterea et uos estote parati quia qua hora non
putatis filius hominis uenit. 45 Quis est ergo fidelis seruus
et prudens quem constituit dns̄ super curam suorum ut daret
seruis suis cibaria in tempore 46 beatus ille seruus quem
inuenerit dns̄ eius ita facientem. 47 Amen dico uobis quon-
iam super omnia sua superponet eum 48 si autem dixerit
malus seruus ille in corde suo tardat dns̄ meus uenire. 49 et
incipiet caedere conseruos suos manducet autem et bibat cum
ine — — —

XXVIII. — — 2 et sedebat supra 3 erat autem figura
eius uelut coruscatio et uestitus eius albus ut nix 4 a metu
autem eius comoti sunt qui custodiebant et facti sunt uelut
mortui. 5 Respondit autem et dixit ad mulieres . nolite
timere uos scio enim quoniam ihm̄ crucifixum quaerites.
6 non est hic . surrexit enim sicut dixit uenite et uidete
locum ubi iacebat. 7 et cito euntes dicite discipulis eius
quoniam surrexit . et ecce praecidet uos in galilaeam illic
eum uidebitis ecce dixi uobis. 8 Et cum abissent uelociter
de monumento cum metu et gaudio magno cucurrerunt nun-
tiare discipulis. 9 et ecce ihs̄ occurrit illis dicens habete.
Illae autem accesserunt et tenuerunt pedes eius et adora-
uerunt eum. 10 Tunc dicit illis nolite timere ite nuntiate
fratribus meis ut eant in galilaeam illic me uidebitis. 11 Cum
illae discessissent quidam de custodibus uenerunt in ciuitatem
et nuntiauerunt sacerdotibus omnia quae facta sunt 12 et
collecti cum senioribus conc^{s}ilium acceperunt et pecuniam
multam dederunt militibus 13 dicentes dicite quoniam disci-
puli eius nocte uenerunt et furati sunt eum nobis dormienti-
bus 14 et si auditum fuerit a pilato nos suademus et uos
securos faciemus. 15 illi autem accepta pecunia fecerunt sicut
docti sunt et diffamatus est sermo iste apud iudaeos usque
in hodiernum. 16 Undecim autem discipuli abierunt in gali-
laeam in montem quo constituit eis ihs̄. 17 et cum uidissent
eum adorauerunt eum alii autem dubitauerunt. 18 Et accessit
ihs̄ et locutus est ad eos dicens data est mihi omnis potestas
in caelo et in terra 19 ite ergo docete omnes gentes bapti-
zantes eos in nomine patris et fili et sps̄ sancti 20 docentes
eos obserbare omnia quaecumqne praecepi uobis et ecce ego
uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem
saeculi.

Secundum mattheum explicit incipit secundum iohannem.

---

2 — Ev. palat.

EUANGELIUM SECUNDUM IOHANNEM.

I. 1 In principio erat uerbum et uerbum erat apud
deum et ds̄ erat uerbum 2 hoc erat in principio apud dm̄
3 omnia per ipso facta sunt et sine ipso factum est nihil.
Quod factum est 4 in illo uita est et uita erat lux hominum
5 et lux lucet in tenebris et tenebrae eum non conprae eum
non conpraehenderunt. 6 Fuit homo missus a dō cui nomen
erat iohannis 7 hic uenit in testimonium ut testimonium
perhiberet de lumine ut omnes crederent per eum 8 non
erat ille lumen sed ut testimonium redderet de lumine 9 est
lumen uerum quod inluminat omnem hominem ueniéntem in
hoc mundo. 10 In hoc mundo erat et mundus per ipsum
factus est et mundus eum non cognouit. 11 In sua propria
uenit et sui eum non receperunt. 12 quodquod eum recepe-
runt dedit illis potestatem ut fili dī fierent qui credunt in
nomine eius 13 qui non ex sanguinibus . neque ex uolunta-
tem carnis . neque ex uoluntate uiri sed ex dō nati sunt.
14 et uerbum caro facta est . et habitauit in nobis . et
uid[i]mus gloriam eius gloriam tamquam unici patris plenus
gratia et ueritate. 15 Iohannis testimonium dicit de eo et
praedicat dicens hic est de quo dixi qui post me uenit ante
me factus est . quoniam prior me erat. 16 quoniam de
plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia.
17 quoniam lex per moysen data est gratia et ueritas per
ihm̄ xpm̄ facta est. 18 dm̄ nemo uidit unquam nisi unigeni-
tus filius qui est in sinu patris ipse narrauit. 19 Et hoc [est]
testimonium d iohannis quando miserunt iudaei ex hierolosymis
sacerdotes et leuuitas ad eum ut interrogarent eum . tu quis
es 20 confessus est . et non negauit illis quoniam ego sum
xps̄. 21 Et interrogauerunt eum iterum dicentes quid ergo
es tu . helias es, Et ait non sum responderunt profeta ergo
es tu . et ait non sum. 22 et dixerunt quid ergo es dic nobis
ut reuersi renuntiemus eis qui nos miserunt quid dicis de te.
23 et dixit ego sum uox clamantis in derserto dirigite uiam
dnī rectas facite semitas dī nostri sicut dixit eseias profeta.
24 illi itaque qui misi erant de leuuitis et farisaeis 25 di-
centes quid ergo baptizas si tu non es xps̄ nec helias neque
profeta. 26 Et respondit illis iohannis ego baptizo in aquam
in medio autem uestrum stat quem uos non scitis 27 ipse
est de quo dixi qui post me uenit ante me factus est cuius
ego non sum dignus corrigiam calciamentorum eius soluere.

28 Haec facta sunt in bethania trans iordanen ubi erat
iohannis baptizans. 29 Et alia die uidet iohannis ihm̄ ueni-
entem ad se ait ecce agnus dī qui tollit peccata mundi.
30 Hic est de quo dixi post me uenit uir qui ante me factus
est quoniam prior me fuit. 31 et ego ignorabam eum sed ut
manifestaretur in isdrahel . et propterea ueni ego in aquam
baptizare 32 et testatus est iohannis quoniam uidi spm̄ ut
columbam discendentem de caelo et manentem in eo 33 et
[ego] ignorabam eum . sed qui me misit baptizare in aquam
ipse mihi dixit super quem uideris spm̄ discendentem et
manentem in eo ipse est qui baptizat in spū sancto. 34 et
ego quod uidi et testimonio sum quoniam hic est electus dī.
34 Alia autem die stabat iohannis et discipuli eius duo 36 et
uidit ihm̄ ambulantem et dixit ecce agnus dī 37 et audientes
eum duo discipuli eius loquentem secuti sunt ihm̄. 38 Et
respondens iħs̄ cum uidisset eos sequentes se dixit illis quid
uultis aut quem quaerites. Qui dixerunt ei rabbi quod inter-
praetatur magister ubi manes. 39 Dicit eis uenite et uidete
uenerunt ergo et uiderunt ubi maneret . et aput eum manse-
runt illo die et fuit hora quasi decima. 40 fuit autem andreas
frater simonis petri unus ex duobus qui audierunt ab iohanne
et secuti fuerant eum. 41 Et mane inuenit fratrem suum simo-
nem et ait illi inuenimus messia quod est interpraetatum xp̄s
42 et adducunt illum ad ihm̄ et cum uidisset illum iħs̄ dixit
tu es simon frater andreae et tu uocaueris chephas quod est
inpraetatum petrus. 43 Altera autem die uoluit exire in
galilaeam et prodiens inuenit philippum et dicit illi sequere
me. 44 Fuit autem philippus a bessaida galileae de ciuitate
andreae et petri 45 et inuenit philippus natanael et dicit
illi quem scripsit moyses et profetae inuenimus iħm̄ filium
ioseph a nazara. 46 Ait illi natanael . a nazara potes aliquid
boni esse ait illi philippus ueni et uide. 47 Iħs̄ autem ut
uidit uenientem natanael ad se ait . ecce uere isdrahelites
in quo mendum non est. 48 Et ait illi natanael unde me
nosti . et ait illi iħs̄ priusquam philippus te uocaret cum
esses sub arbore fici uidi te. 49 Et natanahel respondit rabbi
tu es filius dī tu es rex isdrahel. 50 Et iħs̄ respondit et
dixit quia dixi uidi te sub arbore fici credes maiora horum
uidebitis. 50 et dixit illis iħs̄ amen amen dico uobis amodo
uidebitis caelolos apertos et angelos ascendentes et descenden-
tes ad filium hominis.

II. 1 Et tertia die nuptiae factae sunt in cana galileae
et fuit illic mater ihm̄ 2 fuit autem iħs̄ uocitus et discipuli
eius ad nuptias 3 et factum est per multam turbam uocito-
rum uinum consummari. Mater autem ihm̄ dixit ad eum
uinnm non habent fili. 4 Et respondens iħs̄ dixit quid mihi

et tibi mulier nondum uenit hora mea. 5 Et aduocatis ad
se ministris mater ihm̄ dixit illis quid uobis dixerit ihs̄ facite
6 fuerunt autem illic hydriae lapideae sex secundum purifi-
cationem iudaeorum capientes singulae metretas uinas uel
ternas. 7 Et ihs̄ uocitis ad se ministris dixit illis implete
hydrias aquam et impleuerunt eas usque ad summum. 8 Et ait
illis haurite et date archetriclino et fecerunt sicut dixit eis ihs̄
9 Quomodo autem gustauit archetriclinus aquam uinum
factum non intellegebat unde esset ministri autem sciebant
qui aurierant aquam quae uinum factum est. Uocauit autem
sponsum archetriclinus 10 et ait illi . omnis homo uinum
bonum primo ponit et cum inebriati fuerint id quod deterius .
tu autem seruasti melius uinum usque in hanc horam. 11 Hoc
initium signorum fecit ihs̄ in cana galileae et manifestauit
gloriam suam et crediderunt in eum discipuli eius. 12 Et post
hoc signum discendit capharnaum ipse et mater eius et fratres
et illic manserunt non multis diebus. 13 Et proximum fuit
pascha iudaeorum et ihs̄ ascendit hiersolyma 14 et inuenit in
templo eos qui uendebant et emebant uobes et oues et columbas
et nummularios sedentes ad mensas. 15 et fecit fragellum ihs̄
de resticulis et eiciebat omnes de templo qui uobes et oues
uindebant et nummulariorum subuertit mensas 16 et eis qui
columbas uindebant ait auferte istas hinc et nolite facere
domum patris mei domum commercatorum 17 Et continuo
commonefacti sunt discipuli eius quoniam scriptum est gelus
domus tuae comedit me. 18 Et iudaei responderunt dicentes
ei quod signum ostendes nobis quoniam ista facis. 19 Et ihs̄
ait illis soluite templum istut et in trib(us) diebus restaurabo
illud. 20 Et iudaei dixerunt XL et VI annis aedificatum est
templum istut et tu in triduo restauras illud. 21 Ille autem
dicebat de templo de corpore suo 22 cum ergo resurrexit a
mortuis commonefacti sunt discipuli eius quoniam hoc dicebat
et crediderunt scripturae et sermoni quem dixit ihs̄ 23 Cum
ergo esset in hierosolymis in die festo paschae multi credide-
runt in nomine eius cum uiderent signa quae faciebat in eos
qui infirmi erant. 24 ipse autem non credebat se illis quia
ipse sciebat omnes. 25 et quoniam non necesse habebat
quis testes esset de homine . ipse enim sciebat quid esset in
hominem.

III. 1 Erat autem homo quidam de farisaeis qui uocabatur
nicodemus princeps iudaeorum. 2 hic uenit ad ihm̄ nocte
eait illi rabbi scimus quia a dō uenisti magister et nemo
potest talia signa facere quae tu facis nisi fuerit ds̄ cum illo.
3 Respondit ihs̄ et dixit illi amen amen dico tibi nisi quis
renatus fuerit denuo non poterit uidere regnum dī. 4 dicit
ad illum nicodemus quomodo potest homo denuo renasci cum

sit senex . numquid potest in utero matris suae denuo introire
et renasci. 5 Respondit ih̄s amen amen dico tibi nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spū non potest introire in regnum
caelorum. 6 Quod natum est de carne caro est quoniam de
carne natum est . et quod de spū natum est sps̄ est quoniam
ds̄ sps̄ est. 7 Ne mireris quoniam dixi tibi oportet uos
renasci denuo 8 sps̄ ubi uult flat et uocem eius audis et
non scis unde ueniat et quo eat sic est omnis qui natus est
ex aqua et spū. 9 Respondit nicodemus et dixit ei quomodo
possunt ista fieri. 10 Respondit ih̄s et dit ei tu es magister
isdrahel et haec ignoras. 11 Amen amen dico tibi quod
scimus loquimur et quod uidimus testimonium dicimus . et
testimonium nostrum non accipitis. 12 si terrestria dixi uobis
et non creditis quomodo si caelestia locutus fuero credetis.
13 Nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo discendit filius
hominis qui erat in caelis. 14 sicut enim moyses exaltauit
serpentem in derserto . ita exaltari oportet filium hominis
15 ut omnes qui crediderint in eum non pereat sed habeant
uitam aeternam. 16 Sic enim dilexit ds̄ mundum ut etiam
unicum filium suum mittere[t] in hunc mundum ut omnis qui
crediderit in eum non pereat sed habeat uitam aeternam.
17 Non enim misit ds̄ filium suum ut iudicet saeculum . sed
ut saluetur saeculum per ipsum 18 qui credit in eum non
iudicatur . qui autem non crediderit iam iudicatus est quia
non credidit in nomine unici fili dī. 19 Hoc autem est
iudicium quoniam lux uenit in saeculum et magis dilexerunt
homines tenebras quam lucem erat enim eorum opera iniqua.
20 omnis enim qui agit mala odit lumen et non uenit ad
lumen ne manifestetur opera eius. 21 Qui autem facit ueri-
tatem uenit ad lumen ut manifestetur opera eius quoniam
in dō sunt operata. 22 Post haec uenit ih̄s et discipuli eius in
iudaeam terram et illic morabatur cum eis et baptizabat.
23 Fuit autem iohannis baptizans in eremo iuxta salim quo-
niam aquae multae erant illic et uenientes ad eum baptiza-
bantur. 24 necdum enim in carcere missus fuerat iohannis.
25 Facta est itaque quaestio de discentibus iohannis cum
iudaeis de purgatione. 26 et uenerunt ad iohannem et dixe-
runt ei rabbi qui fuit tecum trans iordanem cui tu testimo-
nium dixisti ecce hic baptizat et omnes ueniunt ad eum.
27 Respondit et iohannes et dixit non potest homo facere
quicquam a se nisi datum ei fuerit de caelo. 28 uos enim ipsi
mihi testes estis quoniam dixi eis qui missi sunt ab hieroso-
lymis ad me quia non sum ego xps̄ sed quia missus sum
ante ipsum. 29 qui habet enim sponsam sponsus est . amicus
autem sponsi est qui stat et audit eum . et gaudio gaudet
propter uocem sponsi . hoc igitur gaudium meum adimpletum

est 30 illum oportet crescere me autem minui. 31 Qui de
susum uenit super omnes est qui est super terram de terra
est . et de terra loquitur . nam qui de caelo uenit quod uidit
et audiit testis est et testimonium eius nemo accipit. 32 qui
enim accipit testimonium eius signauit quia dš uerus est.
34 quem enim misit dš uerba dī loquitur nec enim ad men-
suram dat spm̄. 35 Pater diligit filium et omnia dedit in
manu eius 36 qui credit in filium habet uitam aeternam qui
non obaudierit filio non habebit uitam sed ira dī manebit
super eum. Et post haec traditus est iohannis.

IV. 1 Quomodo ergo conuenit ihš quia audierunt phari-
saei quod ihš plures discipulos facit et baptizat quam iohan-
nis. 2 Quamquam ihš ipse non baptizabat sed discipuli eius
3 reliquid iudaeam terram et abiit iterum in galilaeam. 4 opor-
tebat autem illum transire per samariam. 5 Uenit autem ihš in
quendam ciuitatem samariae quae uocabitur sycar iuxta prae-
dium quod dederat iacob filio suo ioseph 6 erat autem illic
fons iacob. Ihš itaque fatigatus ab itinere sedebat supra
fontem et erat hora quasi sexta. 7 et uenit mulier a samaria
aurire aquam. Dicit illi ihš da mihi bibere. 8 discipuli
enim eius abierant in ciuitatem ut escas emerent. 9 Dicit
itaque illi mulier samaritana tu cum sis iudaeus quomodo
petes a me bibere cum sim samarites. 10 Respondit ihš et
dit illi si scires donum dī et quis est qui tibi dicit da mihi
bibere tu petisses eum et dedisset tibi aquam uibam. 11 Et
dixit illi mulier dnē neque auritorrium habes et puteus altus
est unde habes aquam uibam. 12 ne tu maior es patre nostro
iacob qui dedit nobis puteum hunc de quo ipse bibit et fili
eius et pecora eius. 13 Respondit ihš et dixit ei omnis qui
biberit ex aqua ista sitiet iterum qui uero biberit de illa
aqua quam ego dedero non sitiet in aeternum 14 sed erit
illi fons aquae sallientes in uitam aeternam. 15 Dicit ad illum
mulier dnē da mihi hanc aquam ne sitiam neq(ue) ueniam
hoc aurire. 16 Dicit ad illam ihš uade uoca uirum tuum et
ueni hoc. 17 Respondit mulier dicens non habeo uirum.
Dicit illi ihš bene dixisti quia uirum non habes 18 quinque
enim uiros habuisti et hunc quem habes non est uir tuus .
hoc uerum dixisti. 19 Dicit illi mulier dnē uideo quia profeta
es 20 patres nostri in isto monte adorauerunt et uos dicitis
quia in hierosolymis est locus ubi oporteat adorare. 21 Dicit
illis ihš mulier crede mihi quia ueniet hora quando neque in
isto monte neque in hierosolymis adorabitis patrem. 22 uos
adoratis quod non scitis . nos autem adoramus quod scimus
quoniam salus ex iudaeis est. 23 sed ueniet hora et nunc
est quando ueri adoratores adorabunt patre in spū et ueritate .
et pater enim tales queret qui se adorent 24 spš est dš et

adorantes eum et in spū et ueritate oportet. 25 Dicit illi
mulier scio quia messi^{a}s ueniet qui dicitur xps̄ . cum ergo
uenerit ille nuntiabit nobis omnia. 26 Dicit illi ihs̄ ego sum
qui tecum loquor. 27 Et continuo superuenerunt discipuli
eius et admirabantur quia cum mulierem loquebatur . nemo
tamen dixit mulieri quid quaeris aut quid loqueris. 28 Mulier
autem demisso urceo abiit in ciuitate et ait hominibus
29 uenite uidete hominem qui dixit mihi omnia quae feci ne
ipse est xps̄. 30 Exiebant ergo de ciuitate et ueniebant ad
eum. 31 Inter haec rogabant eum discipuli eius dicentes
rabbi manduca. 32 Dixit illis ihs̄ ego cibum habeo mandu-
care quem uos non nostis. 33 Dicebant discipuli eius ad
inuicem numquid aliquis adtulit illis manducare. 34 Dixit
eis ihs̄ meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui me
misit et perficiam opus eius. 35 Et uos dicitis quia adhuc
quadrimestre est et messes ueniet. Ecce dico uobis adleuate
oculos uestros et uidete segites quia albae sunt ad messem
36 iam qui metit mercedem accipit et colliget fructum in
uitam aeternam ut qui seminat simil gaudeat cum eo qui
metit 37 in hoc enim uerbnm est uerum quoniam alius est
qui seminat et alius qui metit. 38 Ego misi uos metere non
uos laborastis . alii laborab^{u}erut et uos in labores eorum introi-
tis. 39 De ciuitate igitur illa multi crediderunt samaritanorum
propter sermonem mulieris quia testimonium dixit quod omnia
mihi dixit quae feci. 40 Uenerunt ergo ad eum samarites
obsecrantes eum ut remaneret apud eos et remansit illic per
uiduum 41 et multo amplius crediderunt propter uerbum
eius. 42 Dicebant autem mulieri quia iam non propter tuum
sermonem credidimus ipsi enim audiuimus et scimus quia
hic uere saluator est saeculi xps̄. 43 Post uiduum autem
profectus est inde in galilaeam. 44 ipse autem ihs̄ testabatur
dicens quia profeta in patria sua honorem non habet. 45 Quomodo
ergo uenit in galilaeam exceperunt eum galilaei omnes . audie-
rant enim omnia quae fecerat in hierosolymis die festo et
ipsi enim uenerant in die festo. 46 Uenit itaque iterum i cana
galilaeae ubi fecit aquam uinum. Erat autem illic regulus
cuius filius infilmabatur 47 hic cum audisset quia ihs̄ uenit
de iudaea in galilaeam uenit ad eum et rogabat ut discenderet
et saluaret filium eius incipiebat enim mori. 48 Dixit autem
ihs̄ ad eum nisi signa et prodigia uideritis non credites.
49 Et regulus dixit illi dnē discende priusquam moriatur
puer. 50 Dixit illi ihs̄ uade filius tuus uiuit . et credidit
homo uerbo quod dixit illi ihs̄. 50 Et cum discenderet
occurrerunt illi serui et nuntiauerunt dicentes quia filius
tuus uiuit. 52 Interrogauit autem ergo horam ab illis qua
hora filius eius in melius conuersus esset. Dixerunt illi quia

here hora septima dismisit illum febris 53 cognouit ergo pater eius quia in illa hora qua illi dixerat il.s̄ filius tuus uiuit . et credidit ipse et domus eius tota. 54 Hoc igitur signum fecit ih̄s̄ cum uenisset de iudaea in galilaeam.

V. 1 Post haec erat dies festus iudaeorum et ascendit il.s̄ in hierosolyma. 2 est autem in hierosolymis probatica natatoria quae dicitur hebreice bezatha . quinque porticos habens 3 in quibus recumbebant multitudo infirmantium caecorum clodorum aridorum expectantium motum aquae 4 Angelus enim cata tempus discendebat in natatoria et turbabat aquam qui primus igitur discendisset post turbationem aquae sanus efficiebatur de quacumque tentus fuisset infirmitate. 5 Erat autem quidam homo illic XXX et VIII annos habens in infirmitate sua arídus. 6 Hunc cum uidisset il.s̄ iacentem sciens quia multum temporis haberet . dicit illi uis sanus fieri. 7 Respondit illi infirmus dnē hominem non habeo ut quando turbata est aqua mittat me in natatoriam . ego enim dum uenio alius ante me discendit. 8 Dicit illi il.s̄ surge et tolle grabattum tuum et ambula 9 et statim sanus factus est homo et surrexit et tulit grabattum suum et ambulauit . erat autem sabbatum. 10 Cum uidissent autem illum iudaei dicebant sabbatum est et non licet tibi tollere grabattum. 11 Respondit illis et dixit qui me fecit sanum ipse mihi dixit tolle grabattum tuum et ambula. 12 Interrogauerunt eum iudaei dicentes quis est iste homo qui tibi dixit tolle grabattum tuum et ambula. 13 qui autem curatus fuerat non sciebat quis esset . il.s̄ enim cum turbae essent declinauerat ab eo. 14 Post haec inuenit eum il.s̄ in templo et dixit ei ecce iam sanus factus es noli peccare ne quid tibi deterius contingat. 15 Abiit homo et dixit iudaeis il.s̄ est qui me sanum fecit. 16 Et propter hoc persequebantur ih̄m̄ iudaei et quaerebant eum occidere quia ista sabbatis faciebat. 17 Et ut illi il s̄ pater meus usque modo operatur et ego operor 18 propter hoc quaerebant eum magis iudaei occidere quia non solum soluebat sabbatum sed quia et patrem suum dicebat dm̄ . aequalem se faciens dō . Respondens itaque il.s̄ et dixit 19 amen amen dico uobis non potest filius quicquam facere a se nisi uiderit patrem suum facientem quae enim pater facit eadem et filius facit. 20 Pater enim diligit filium et omnia ei ostendet quae ipse facit et maiora opera his ostendit ut uos admiremini. 21 quomodo enim pater suscitat mortuos et uiuificat . ita et filius quos uult uiuificat 22 nec enim pater iudicat quemquam . sed iudicium omne dedit filio 23 ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium non honorificat patrem qui misit eum. 24 Amen amen dico uobis quoniam qui sermonem

meum audit et credit ei qui me misit habet uitam aeternam
et in iudicio damnationis non ueniet sed transiet a morte
ad uitam. 25 Amen amen dico uobis quia ueniet hora et
nunc est quando mortui audiant uocem fili dī et uibant
26 quomodo enim pater habet uitam in se sic dedit et filio
habere uitam in semetipso. 27 et potestatem dedit illi iudi-
cium facere quia filius hominis est. 28 Nolite admirari
istut quia ueniet hora in qua omnes qui in monumentis
sunt audiant uocem eius 29 et exiant qui bona faciunt in
resurrectione uitae qui male egerint in resurrectione iudicii.
30 non enim possum ego a me ipso aliquid facere quomodo
audio sit iudico et iudicium meum iustum est quia non quaero
uoluntatem meam . sed uoluntatem eius qui me misit 31 si
testimonium dixero de me testimonium meum non est uerum.
32 alius est qui testis est de me et scitis quia uerum est
testimonium meum quod reddidit pro me. 33 uos misistis
ad iohannem et testimonium dixit ueritati. 34 ego autem
non [ab] homine testimonium accipio sed haec dico ut uos
saluemini. 35 Ille fuit lucerna ardens et lucens . uos autem
uoluistis exultari ad oram in lumine eius 36 ego autem
habeo testimonium eius maius iohannem opera enim quae
dedit mihi pater ut ea perficiam . ipsa opera quae ego facio
testimonio sunt de me quia pater me misit 37 et qui me
misit pater ipse testimonium perhibuit de me neque uocem
eius umquam audistis . neque figuram eius uidistis. 38 neque
uerbum eius habetis manentem in uobis misit enim unicum
filium suum et hunc non audistis neque credidistis. 39 Scru-
tamini scripturas in quib(us) putatis uos uitam aeternam
habere et haec testimonio sunt de me 40 et non uultis ad
me uenire ut uitam aeternam habeatis. 41 Gloriam ab ho-
minibus non accipio 42 sed cognoui uos quia non habetis
dilectionem dī in uobis 43 ego enim ueni in nomine patris mei
et non recepistis me si alius uenerit in nomine suo hunc
recepietis. 44 quomodo potestis uos credere gloriam ab in-
uicem accipientes et gloriam a solo dō non quaerentes.
45 Nolite putare quia ego uos accuso apud patrem . est qui uos
accuset moyses in quem uos speratis 46 si enim erededissetis
moysi crededissetis et mihi . de me enim ille scripsit. 47 si
enim illius scripturis non creditis quomodo meis sermonibus
credetis.

VI. 1 Post haec abiit ih̄s trans mare galileae in partes
tiberiadis 2 sequebatur autem eum turba magna quoniam
uidebant signa multa quae faciebat de infirmibus. 3 Ascen-
dit itaque in montem ih̄s et illic sedebat cum discipulis suis.
4 Fuit autem proximum pascha dies festus iudaeorum. 5 ele-
batis igitur oculis ih̄s uidit quia multa turba ueniret ad se

dixit ad philippum unde emimus panes ut manducent isti.
6 Dicebat autem temptans eum sciebat enim ipse quid esset
facturus. 7 Respondit philippus dicens docentorum denario-
rum panes non sufficiunt illis ut unusquisque modicum acci-
piat. 8 Dixit illi unus de discipulis eius andreas frater
simonis petri. 9 est hic puer qui habet qu(i)nque panes
ordiacios et duos pisciculos sed quid sunt ista inter tantam
turbam. 10 Dixit ergo ihs̄ facite homines recumbere erat
autem faenum multum in illo loco et recubuerunt uiri quasi
quinque milia. 11 Cum accepisset ergo panes ihs̄ benedixit
et dedit discipulis suis . et discipuli darent recumbentib(us)
similiter et de piscibus quantum uoluerunt. 12 Et ubi saturati
sunt dixit discipulis suis colligite quae superauerunt fragmenta
ne pereant. 13 Colligerunt ergo et impleuerunt cophinos
duodecim de reliquis fragmentorum de quinque panibus ordia-
ciis quae superauerunt his qui manducauerunt. 15 Ihs̄ autem
sciens quia cogitant rapere illum ut facerent eum regem .
secessit iterum in montem ipse solus. 16 Sero autem cum
factum esset discenderunt discipuli eius ad mare. 17 et cum
ascendissent nauem transfretauerunt contra in capharnaum et
cum essent tenebrae . et necdum uenerat ad eos ihs̄ 18 mare
quoque magno uento flante exurgebat. 19 cum processissent
itaque ad uiginti quinque uel triginta stadia uiderunt ihm̄
supra mare ambulantem et iuxta nauem uenientem . et tim-
uerunt. 20 Ille autem dixit illis nolite timere ego sum.
21 cum uellent ergo illum accipere in nauem continuo ad
terram facta est nauis in qua ibant. 22 Altera die turbae
quae stabant trans mare cum scirent quoniam alia nauis illic
non fuit nisi illa quam ascenderunt discipuli eius et quia non
ascendiderat una cum discentibus suis ihs̄ in nauem sed soli
discipuli eius abierant 23 uenerunt aliae nauiculae de tibe-
riade iuxta locum illum ubi ederant panem. 24 Cum uidis-
sent autem turbae quia ihs̄ non est illic neque discipuli eius
ascenderunt nauiculas et uenerunt in capharnaum quaerentes
ihm̄ 25 et inuenerunt eum trans mare . et aunt illi rabbi
quando hoc uenisti. 26 Respondit autem illis ihs̄ et dixit
amen amen dico uobis quaerites me non quia signa uidistis
sed quia de panib(us) manducastis et satiati estis. 27 Opera-
mini autem non escam quae perit sed escam quae remanet
in uitam aeternam quam filius hominis dat uobis hunc enim
pater signauit ds̄ 28 Dixerunt ergo ad eum iudaei quid
faciemus ut operemur opera dī. 29 Respondit ihs̄ et dixit
illis hoc est opus dī ut credatis in eum quem ille misit.
30 Aiunt illi quod ergo tu facis signum ut uideamus et cre-
damus tibi quid operaris 31 patres nostri mannam manduca-
uerunt in deserto. Sicut scriptum est panem de caelo dedit

illis manducare. 32 Dixit illis ihs̄ amen amen dico uobis
non moyses dedit uobis panem de caelo . sed pater dat uobis
panem de caelo illum uerum. 33 panis enim est de caelo
qui de caelo discendit et uitam dat saeculo. 34 Dixerunt
ergo ad eum dnē semper da nobis panem istum. 35 Dixit
illis ihs̄ ego sum panis uitae qui uenerit ad me non esuriet
et qui in me crediderit non sitiet unquam 36 sed dixi uobis
quia uidistis et non creditis. 37 omne quod mihi pater dat
ad me ueniet . et qui uenerit ad me non repello eum
38 quoniam non discendi de caelo ut faciam uoluntatem meam .
sed uoluntatem eius qui me misit pater. 39 Haec est enim
uoluntas qui me misit . et omne quod mihi dedit non per-
dam sed resuscitem illum nouissima die 40 haec est enim
uoluntas patris mei ut omnis qui uiderit filium et crediderit
in eum habeat uitam aeternam et resuscitabo illum ego nouis-
sima die. 41 Murmurabant itaque iudaei de eo quoniam
dixit ego sum panis qui de caelo discendi 42 et dicebant
non hic est ihs̄ filius ioseph cuius nos scimus patrem et matrem
quomodo iste dicit quoniam de caelo discendit. 43 Respondit
et dixit illis ihs̄ nolite murmurare inuicem 44 nemo potest
uenire ad me nisi quem pater qui me misit traxerit ad me et ego
excitabo illum nouissima die. 45 Scriptum est enim in pro-
fetis et erunt omnes docibiles dī. Omnis qui audit a patre et
didicit uenit ad me 46 non quia patrem uidit aliquis nisi
qui a dō est hic uidit dm̄. 47 Amen amen dico uobis qui
credit in me habet uitam aeternam 48 ego sum panis uitae
49 patres uestri manducauerunt panem in deserto mannam et
mortui sunt. 50 Hic est panis qui de caelo discendit ut qui
manducauerit ex eo non moriatur. 51 Ego sum panis uibus
qui de caelo discendi. 52 si quis manducauerit de meo pane
uiuet in aeternum . panis autem quem ego dedero caro mea
est pro saeculi uita 53 discertabantur itaque iudaei ad in-
uicem dicentes quomodo potest hic nobis carnem suam dare
manducare. 54 Dixit illis ihs̄ amen amen dico uobis nisi
ederitis carnem fili hominis et biberitis sanguem eius non
habebitis uitam in uobis 55 qui edet carnem eius et bibet
sanguem eius habet uitam aeternam et ego suscitabo illum
nouissima die 56 caro mea uere est esca . et sanguis meus
uere est potum. 57 qui edet carnem meam et bibet sanguem
meum in me manet et ego in ipsum 58 et sicut me misit
pater uibus et ego uibo propter patrem . et qui ediderit et
ipse uibet propter me. 59 hic est panis qui de caelo dis-
cendit non quomodo manducauerunt patres uestri et mortui
sunt. Qui edediderit panem istum uiuet in aeternum. 60 Haec
dixit in synagoga docens capharnaum 61 multi ergo ex dis-
centibus eius dixerunt durus est sermo iste . et quis potest

audire eum. 62 Cognouit ergo ihs̄ apud semetipsum quoniam
murabant discipuli eius. Dixit illis hoc uos scandalizat.
63 quid si uideritis filium hominis ascendentem in illo ubi
fuit prius 64 sps̄ est qui uiuificat caro nihil prodest uerba
ista quae ego locutus sum uobis sps̄ et uita est. 65 sed ex
uobis sunt quidam qui non credunt sciebat enim ab initio
ihs̄ quis esset qui eum traditurus erat 66 et dicebat prop-
terea quia nemo potest uenire ad me nisi fuerit illi datum a
patre meo. 67 Exinde multi ex discentibus eius abierunt
retrorsum et iam non ambulabant cum eo. 68 dixit ergo ihs̄
ad . XII . discipulos suos numquid et uos uultis ire. 69 Re-
spondit simon petrus dnē ad quem imus uerba uitae aeternae
habes 70 et non credimus et cognouimus quia tu es xps̄ filius
dī. 71 Respondit ihs̄ nonne ego uos XII elegi et unus est ex
uobis diabolus. 72 dicebat de iuda simonem carioth . hic
enim traditurus erat illum qui unus erat ex duodecim.

VII. 1 Post haec ambulabat ihs̄ in galilaeam non enim
habebat uoluntatem in iudaeam ambulare quoniam quaerebant
eum iudaei interficere. 2 Erat autem proximus dies festus
iudaeorum scaenopaegia. 3 Dixerunt ergo ad eum fratres
eius transi hinc et uade in iudaeam ut et discipuli tui uideant
opera quae facis. 4 nemo in absconso aliquid facit . et
quaeret in auctoritate esse si ista facis ostende te saeculo
5 neque enim fratres eius tunc credebant in illum. 6 Dicit
illis ihs̄ tempus meum nondum adest . tempus autem uestrum
semper est paratum 7 non potest saeculum odisse uos . me
autem odit quia ego testis sum de eo quia facta eius mala
sunt. 8 uos ascendite ad diem festum . ego non ascendo ad
diem festum istum quia tempus meum nondum impletum est.
9 et haec cum dixisset remansit in galilaea. 10 Cum ascen-
dissent autem fratres eius tunc ascendit et ipse ad diem
festum non in palam sed latenter 11 iudaei ergo quaerebant
eum in die festo dicentes ubi est ille 12 et murmur erat de
eo in populo . quidam enim dicebant quia bonus est ali dice-
bant non sed inducit turbas. 13 nemo tamen audenter loque-
batur de eo propter metum iudaeorum. 14 Iam autem medio
die festo ascendit ihs̄ in templum et docebat. 15 admira-
bantur ergo iudaei dicentes quomodo iste litteras nouit qui
non dedicit. 16 Respondit ihs̄ et dit mea doctrina non est
mea sed eius qui me misit. 17 si quis uoluerit uoluntatem
eius facere sciet de doctrina utrum a dō sit aut ego ipse a me
loquor. 18 qui a se loquitur suam claritatem quaerit . qui
quaerit claritatem eius qui me misit uerax est et iniustitia
in eo non est. 19 Nonne moyses dedit uobis legem . et
nemo de uobis facit legem 20 quid me quaerites interficere.
Respondit turba et dixit daemonium habes quis te quaerit

interficere. 21 Respondit et dixit ihs̄ unum opus feci et
omnes miramini. 22 propter hoc moyses dedit uobis cir-
cumcisionem non quia a moysen est sed a patribus et sabba-
tis circumciditis hominem. 23 Si circumcisionem accipit homo
in sabbato ne soluatur lex moysi mihi indignamini quia totum
hominem sanum feci sabbatis. 24 nolite iudicare personaliter
sed iustum iudicium iudicate. 25 dicebant ergo quidam de
hierosolymitibus nonne hic est quem quaerunt interficere.
26 et ecce audenter loquitur et nihil illi dicunt numquid uere
cognouerunt principes quia ipse est xps̄ 27 sed hunc noui-
mus unde sit . xps̄ cum uenerit nemo scit unde sit. 28 Cla-
mabat ergo ihs̄ in templo docens et dicens et me nostis et
scitis unde sim et a me non ueni sed est uerus qui me misit
quem uos non nostis 29 ego noui eum quoniam apud illum
sum et ipse me misit. 30 Quaerebant ergo conpraehendere
eum et nemo misit ad eum manus quoniam nondum uenerat
hora eius 31 de turba autem multi crediderunt in eum et
dicebant xps̄ cum uenerit numquid plura signa faciet quam
quae iste facit. 32 Audierunt autem pontifices et farisaei
turbas murmurantes de eo . miserunt ministeria ut eum con-
praehenderent. 33 Dixit ergo ihs̄ adhuc tempus pusillum
uobiscum sum et uado ad eum qui me misit. 34 quaerites
me et non inuenietis . et ubi ego sum uos non potestis uenire
35 Dixerunt ergo iudaei quo hic iturus est quoniam non in-
ueniemus eum numquid in disparsionem graecorum incipiet
ire et docere eos. 36 quis est iste sermo quem dixit quaeritis
me et non inuenietis . et ubi ego sum non potestis uenire.
37 In die autem nouissimo magno die festo stabat ihs̄ et
clamabat si quis sitit ueniat et bibat 38 qui credit in me .
Sicut scriptum est flumina de uentre eius fluent aquae uibae,
39 Hoc autem dixit de spū quod accepturi erant qui in eum cre-
debant . nondum autem sps̄ erat sanctus datus quia ihs̄ nondum
erat clarificatus. 40 De plebe autem cum audirent uerba illa
dicebant hic uere profeta est qui in saeculum uenit. 41 alii
dicebant hic est xps̄ alii autem dicebant numquid de galilaea
xps̄ uenit. 42 Nonne scriptura dicit quoniam de semine
dauid a bethlem de castello dauid uenit 43 Schisma ergo
facta est in plebe propter ipsum 44 et quidam uolebant ad-
praehendere eum sed nemo iniciebat super ipsum manus.
45 Uenerunt ergo ministeria ad pontifices et farisaeos et
dicunt illis quare non adduxistis illum. 46 Responderunt
ministeria dicentes nemo unquam sic locutus est quomodo
iste homo. 47 Dixerunt et farisaei ad illos numquid et uos
erratis 48 quare nemo de principibus credidit in eum aut ex
farisaeis 49 sed plebs ista quae non intellegit legem quae et
maledicta est. 50 Dixit nicodemus ad eos qui uenerat ad

ihm̄ primo tempore 51 numquid lex nostra iudicat hominem
nisi audierit ab eo et cognouerit quid faciat. 52 Responde-
runt et dixerunt ei numquid et tu de galilaea es scrutare
scripturas et uide quia profeta de galilaea non surget. 53 Et
abierunt singuli ad domos suas.
VIII. 1 Ihs̄ autem abiit in montem oliueti. 2 deluculo
autem reuersus est in templo et omnis plebs ueniebat ad
eum et sedens docebat eos. 3 Et adduxerunt autem scribae
et farisaei mulierem in adulterio depraehensam . et cum
statuissent eam in medio 4 dixerunt illi magister haec mulier
depraehensa est sponte moecata. 5 in lege autem nobis
moyses mandauit huiusmodi lapidare tu ergo quid dicis.
6 hoc enim dicebant temptantes eum ut haberent quomodo
eum accusarent. Ihs̄ autem inclinato capite digito supra
terram scribebat 7 cum ergo perseuerarent interrogantes eum
adlebauit capud et dixit illis . si quis uestrum sine peccato
est ipse prior super illam iniciat lapidem. 8 Et iterum in-
clinato capite supra terram scribebat. 9 Illi autem cum au-
dissent unus post unum exiebant incipientes a senioribus et
relictus est ihs̄ solus et mulier in medio. 10 Cum adleuasset
autem capud ihs̄ dixit ei mulier ubi sunt nemo te iudicauit.
11 Dixit et illa nemo dnė . dixit autem ihs̄ ad illam nec
ego te iudico . i et amplius noli peccare. 12 Iterum autem
cum conuenissent loquebatur ihs̄ dicens ego sum lumen sae-
culi qui me saecutus fuerit non ambulauit in tenebris sed
habet lumen uitae. 13 Dixerunt ergo illi et farisaei tu de te
testimonium dicis testimonium tuum non est uerum. 14 Re-
spondit ihs̄ et dixit illis licet ego testimonium dicam de me ipso
uerum est testimonium meum quoniam scio unde ueni et quo
eam . uos autem non scitis unde ueniam et quo eam. 15 uos
secundum carnem iudicatis ego neminem iudico. 16 et si iudica-
uero ego iudicium meum uerum est quia solus non sum sed ego
et qui me misit pater 17 sed et in lege uestra scriptum est
quia duum hominum testimonium uerum est. 18 ego sum
qui testimonium dicit de me . et qui me misit pater testi-
monio est de me. 19 Dicebant autem illi ubi est pater tuus.
Respondit illis ihs̄ et dixit neq(ue) me nostis neq(ue) patrem
meum si me nossetis et patrem meum sciebatis. 20 haec
uerba locutus est in gaiophylacio docens in templo et nemo
conpraehendit illum quoniam nondum erat hora eius. 21 Dixit
illis iterum ego uado et quaerites me et in peccatis uestris
moriemini . quo ego uado uos non potestis uenire. 22 dicebant
ergo iudaei numquid occisurus est se quoniam dixit quo ego
eo uos non potestis uenire. 23 Et dicebat illis uos de deor-
sum estis ego de susum sum . uos de isto saeculo estis
ego non sum de isto saeculo. 24 dixi uobis quia moriemimi

in peccatis uestris si enim non credideritis mihi quia ego sum
moriemini in peccatis uestris. 25 Dicebant ergo illi tu quis es.
Ait illis ihs̄ principium qui et loquor uobis 26 multa habens de
uobis loqui et iudicare sed qui me misit uerax est . et ego
quae audii ab eo haec loquor in saeculum. 27 et non cogno-
uerunt quia patrem illis dicebat dm̄. 28 Et dixit illis ihs̄
cum exaltauerit filium hominis tunc scietis quia ego sum et
a me facio nihil . sed sicut me docuit pater ita et loquor
29 quoniam et qui me misit mecum est et non me resinquet .
quoniam et ego quae illi placent haec ante conspectum eius
facio semper. 30 Haec cum loqueretur multi crediderunt in
eum. 31 Dicebat ergo ihs̄ eis qui crediderant ex iudaeis si uos
permanseritis in uerbo meo uere discipuli mei eritis 32 et
cognoscitis ueritatem et ueritas liberauit uos. 33 Responde-
runt ad eum iudaei et dixerunt semen abrahae sumus et
nemini seruiuimus unquam quomodo tu dicis quia liberi eritis.
34 Respondit ihs̄ et dixit . amen amen dico uobis quia omnis
qui facit peccatum seruus est peccati. 35 seruus autem non
manet in domo in aeternum fius manet in aeternum. 36 si
filius uos liberauerit uere liberi eritis. 37 scio quia semen
abrahae estis sed quaerites me interficere quoniam sermo
meus non excipitur in uobis. 38 ego quod uidi apud patrem
meum loquor . et uos itaque quae uidistis apud patrem
uestrum facitis. 39 Responderunt itaque et dixeruut pater
noster abraham est. Dixit ergo ihs̄ si fili abrahae essetis facta
abrahae faceritis 40 nunc autem quaerites interficere ho-
minem qui ueritatem locutus est uobis quam audiit ab dō
hoc abraham non fecit 41 sed uos facitis facta patris uestri.
Aiunt illi nos de fornicatione non sumus nati unum patrem
habemus dm̄. 42 Ait illis ihs̄ si ds̄ pater uester esset dili-
gissetis me ego enim de dō exii . non enim a me ueni sed ille
me misit. 43 quare loquellam meam non cognoscitis quia
non potestis audire sermonen meum 44 Uos de patre diabulo
estis . et concupiscentia patris uestri facere uultis . ille homi-
cida fuit ab initio et in ueritate non stetit quia non est
ueritas in illo qui loquitur mendum de suo loquitur quia
mendax est sicut et pater eius 45 ego quoniam ueritatem
loquor non mihi creditis 46 quis de uestrum arguet me .
de paccato si ueritatem loquor quare uos non mihi creditis.
47 qui est de dō nerba dī audet . ideo uos non auditis quia de
dō non estis. 48 Responderunt iudaei et aiunt illi non
bene dicimus quia samarites es tu et daemonium habes.
49 Respondit ihs̄ ego daemonium non habeo sed honorifico
patrem meum . uos inhonorastis me. 50 ego autem non
quaero claritatem meam est qui quaerat et iudicet. 51 Amen
amen dico uobis si quis uerbum meum custodierit mortem

non uidebit in aeternum. 52 Aiunt illi iudaei nunc cog-
nouimus quoniam daemonium habes . abraham mortuus est
et profetae et tu dicis si quis uerbum meum seruaberit
mortem non uidebit in aeternum. 53 ne tu maior es abra-
hae et profetis qui iam mortui sunt quem te facis. 54 Re-
spondit ihs̄ et dixit si ego me clarificauero claritas mea
nihil erit . est pater meus qui me clarificet quem uos dicitis
quia ds̄ uester est. 55 et non scitis eum ego autem cognoui
illum et si dixero quia non ui illum ero similis uobis men-
dax sed noui illum et uerbum eius seruo. 56 abraham pater
uester exultatus est ut uideret diem meum et uidit et gaui-
sus est. 57 Aiunt ergo iudaei ad eum quinquagintannos non-
dum habes et abraham uidisti. 58 Ait illis ihs̄ amen amen
dico uobis ante abraham ego sum. 59 tulerunt ergo lapides
ut mitterent in eum. Ihs̄ autem abscondit se et exiit de templo.
IX. 1 et transiens uidit hominem a natiuitate caecum
2 et interrogauerunt eum discentes rabbi quis diliquid iste
aut parentes eius quia caecus natus est 3 respondit ihs̄ et
dixit neque hic deliquid neque parentes eius sed ut manifeste-
tur opera dī in illo 4 me oportet operari opera eius qui me
misit dum dies est ueniet nox quando nemo potest operari.
5 dum sum in saeculo lux sum saeculi. 6 Haec cum dix-
isset spuit in terram et fecit lutum de sputu et superunxit
oculos caeci 7 et ait uade ad piscinam siloam quod inter-
pretatur missus et laua oculos tuos. Abiit autem et lauit oculos
et uenit uidens. 8 Uicini ergo et qui nouerant illum quia
caecus et egenus fuit dicebant non hic est qui sedebat et
mendicabat . ali dicebant hic est 9 ali dicebant similis est
illi . ille autem dicebat ego sum. 10 Dicebant ego illi quo-
modo aperti sunt tibi oculi. 11 Respondit illi homo qui dici-
tur xps̄ lutum fecit et superunxit me et ait uade ad piscinam
siloam et laua oculos tuos . abii et labi oculos et uideo.
12 Aiunt ad eum illi ubi est ille ait nescio. 13 Adduxerunt
igitur eum ad farisaeos uidentem qui ante fuerat caecus.
14 fuit autem sabbatum in quo lutum fecit ihs̄ et aperuit
oculos eius. 15 Iterum ergo interogauerunt eum farisaei
quomodo lumen recepisti ille autem dixit homo qui dicitur
ihs̄ lutum inposuit mihi super oculos et laui oculos et uideo.
16 Dicebant ergo quidam de farisaeis non est hic a dō qui
sabbatum non obserbat . alii dicebant quomodo potest homo
peccator talia signa facere et shisma erat in illis. 17 Dicebant
ergo iterum illi caeco tu quid dicis de eo qui aperuit tibi
oculos ille autem dixit quia profeta est. 18 Et nunc credide-
runt iudaei de eo quod caecus fuit et recepit lumen quoad-
usque uocarent parentes eius 19 et interrogauerunt eos
dicentes hic est fius uester quem uos dicitis quia caecus

natus est quomodo nunc uidet. 20 Responderunt parentes
eius et dixerunt hic est filius noster qui natus est caecus.
21 quomodo autem uideat uel quis aperuit oculos eius nos
nescimus . ipsum interrogate aetatem habet ipse pro se lo-
quatur. 22 haec autem dixerunt parentes eius quoniam time-
bant iudaeos . iam enim placuerat farisaeis et scribis ut si
quis confiteretur illum xpm̄ esse expelleretur de synagoga.
23 propterea parentes eius dixerunt aetatem habet ipsum
interrogate. 24 uocauerunt ergo hominem secundo qui fuit
caecus et aiunt illi da honorem dō nos scimus quia homo
iste peccator est. 25 Dixit et ille si peccator est nescio unum
scio quia caecus fui et nunc per ipsum uideo. 26 Aiunt illi
quid fecit tibi quomodo aperuit tibi oculos. 27 Respondit
illis dixi uobis iam et audistis quid uultis iterum audire .
numquid et uos uultis discipuli eius esse. 28 maledixerunt
illi dicentes tu sis discipulus eius nos moysi sumus discentes
29 nos scimus quoniam cum moysen locutus est dš . hunc
autem non scimus unde sit. 30 Respondit ille homo et dixit
hoc ergo mirabile est quoniam uos nescitis unde sit . et aper-
uit oculos meos 31 scimus quia dš peccatores non audit .
sed si qui dm̄; coluerit et uoluntatem eius fecerit ipsum audit.
32 numquam a saeculo auditum est quia aperuit quis oculos
caeci nati 33 nisi esset hic a dō non posset face quicquam.
34 Responderunt et dixerunt ei in peccato totus natus es et
tu docere uis . et expulerunt eum foras. 35 Audiit ihš quo-
niam expulerunt eum foras et cum inuenisset illum dixit
tu credes in filium dī. 36 respondit ille et dixit quis est dnē
ut credam in illum. 37 Ait illi ihš et uidisti eum et qui
loquitur tecum ipse est. 38 et ille dixit credo dnė et adora-
uit eum 39 et dixit illi ihš in iudicium ego in hoc saeculo
ueni ut qui non uident uideant et qui uident caeci fiant.
40 Et audierunt ex farisaeis qui cum eo erant et dixerunt illi
numquid et nos caeci sumus. 41 Dixit illis ihš si caeci
essetis non haberetis peccatum . nunc autem dicitis quia uide-
tis peccatum uestrum manet.

X. 1 Amen amen dico uobis qui non intrat per ianuam
in cohortem ouium sed ascendit per alteram partem ille fur est
et latro. 2 qui autem introit per osteum partor est ouium
3 huic ostiarius aperit et oues audiunt uocem eius et oues
suas uocat nominatim et perducit illas. 4 et cum suas omnes
eiecerit ante eas uadit . et oues eum sequuntur quia noue-
runt uocem eius 5 alterum non secuntur . sed fugiunt ab
illo quia nesciunt uocem illius 6 Hoc prouerbium dixit illis
ihš . illi autem non cognouerunt quod locutus est illis.
7 Ait ad illos ihš amen amen dico uobis quod ego sum ianua
ouium 8 omnes quicumq(ue) uenerunt fures sunt et latrones

sed non audierunt illos oues. 9 Ego sum ianua si quis
per me intrauerit saluus erit et exiet et pascua inueniet.
10 fur non uenit nisi furetur et perdat ego ueni ut uitam
habeant et abundantius habeant. 11 Ego sum pastor bonus
pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. 12 mer-
cinnarius autem cuius non sunt oues propriae uidet lupum
uenientem et relinquet oues et fugit et lupus rapit illas et
disparget oues 13 quoniam conducticius est non curat de
ouibus 14 ego sum pastor bonus et cognosco oues meas et
cognoscunt me meae. 15 sicut agnoscit me pater et ego
agnosco patrem . et animam meam ponam pro ouibus meis.
16 Et alias ouiculas habeo quae non sunt de hoc ouili et
illas oportet me perducere et uocem meam audient et fiet
una grex et unus pastor. 17 propterea me pater diligit quo-
niam ego pono animam pro ouibus meis ut iterum sumam
illam. 18 nemo tollit eam a me sed ego ponam illam a me
ipso . potestatem habeo ponendi eam et potestatem habeo
sumendi eam . hoc mandatum accepi a patre meo. 19 Dis-
sensio iterum facta est inter iudaeas propter hos sermones
20 et dicebant multi ex illis daemonium habet insanit quid
illum auditis. 21 alli dicebant haec uerba non sunt daemo-
nium habentes . numquid daemonium potest oculos caecorum
aperire. 22 Et cum facta esset dedecatio in hierosolymis et
hiepy erat. 23 Et ambulabat ihs̄ in templo in porticu solo-
monis 24 et circumdantes illum iudaei dicebant illi usquę
quo animam nostram tolles si tu es xp̄s dic nobis a parte.
25 Respondit illis ihs̄ loquor uobis et non creditis opera quae
ego facio in nomine patris mei ipsa testimonium dicunt de
me 26 sed uos non creditis non enim estis de ouibus meis
27 sicut dixi uobis qui de meis ouibus sunt uocem meam
audiunt et cognosco illas et secuntur me 28 et ego uitam
aeternam do illis . et non pereunt in perpetuum et nemo
rapit illas de manu mea. 29 Pater quod dedit mihi maius
est omnibus et nemo potest rapere illud de manu patris mei
30 et ego et pater meus unum sumus. 31 tulerunt ergo
iudaei lapides ut eum lapiderent. 32 Respondit illis ihs̄
multa opera bona ostendi uobis a patre propter quid me
lapidatis. 33 Responderunt ergo illi iudaei et dixerunt de
bono te non lapidamus sed de blasfemia et quo cum sis
homo facis te dm̄. 34 Respondit ihs̄ non est scriptum in
lege quoniam ego dixi dii estis. 35 si illos dixit deos ad
quos sermo fiebat dī . et non potest solui. 36 quem pater
sanctificauit . et misit in hunc mundum . uos dicitis quia
blasphemat . quia dixi filius dī sum. 37 si non facio opera
patris nolite mihi credere 38 operibus credite et scitote quo-
niam in me est pater et ego in patre. 39 quaerebant ergo

illum adpraehendere . et exiit de manibus eorum 40 et abiit
trans iordanem in locum ubi fuerat iohannis prius baptizans
et manebat ibi 41 uenerunt ergo ad illum multi et dicebant
iohannis quidem signum fecit nullum 42 omnia autem
quae dixit iohannis de hoc sunt . et multi crediderunt in
illum.

XI. 1 Erat autem quidam lazarus a bethania qui tene-
batur īnfirmitate magna de castollo mariae et marte sorores
eius. 2 haec autem erat maria quae unxerat dnm̄ unguento
et exterserat capillis suis pedes eius . cuius frater lazarus
infirmabatur. 4 Miserunt ergo sorores eius ad ihm̄ dicentes
dnē ecce quem amas infirmatur. 4 Ait illis haec infirmitas
non est usque ad mortem sed pro gloria dī est ut magnifice-
tur filius dī in illo. 5 amabat autem ihs̄ lazarum et sorores
eius. 6 Cum ergo audiit quoniam infirmaretur . tunc quidem
mansit eodem loco uiduo. 7 deinde post haec ait eamus iterum
in iudeam. 8 Dicunt illi discipuli eius rabbi nunc quaerebant
te lapidare iudaei et iterum uadis illuc. 9 Respondit ihs̄
nonne duodecim orae sunt diei si quis ambulauerit per diem
non offendit quia lumen mundi huius uidet. 10 quod si quis
ambulauerit per noctem offendet quia lux non est in illo.
11 haec dixit et post haec ait lazarus amicus noster dormit
sed uado ut suscitem illum. 12 Dixerunt ergo discipuli eius
dnē si dormit saluus erit. 13 Dixerat autem ihs̄ de morte
eius ad illi extimauerunt quod de somno dixisset. 14 tunc
ergo manifeste ait lazarus mortuus est 15 et ego gaudeo uestri
causa quod ibi non fui ut credatis sed eamus ad illum. 18 Ait
thomas qui dicitur dydimus ad condiscipulos eamus et nos
ut moriamur cum illo. 17 Uenit ergo ihs̄ et inuenit illum
quattuor dies habentem in monumento. 18 erat autem
bethnia prope hierosolyma fere stadia quindecim. 19 multi
autem ex iudaeis uenerant ad martham et mariam ut eas
consolarentur de fratre suo. 20 martha ergo ut audiuit quia
ihs̄ uenit occurrit illi . maria autem domi sedebat. 21 ait
ergo martha ad ihm̄ dnē tu si fuisses frater meus non esset
mortuus 22 sed et nunc sio quoniam quaecumque petieritis
a dō dabit tibi ds̄. 23 Dicit illi ihs̄ resurget frater tuus.
24 ait martha scio quod resurget in resurrectione in nouissima
die. 25 Ait illi ihs̄ ego sum resurrectio et uita qui credit
in me etsi moriatur uibet 26 et omnis qui uibet et credit
in me non morietur in aeternum credis hoc. 27 ait illi ut-
uque dnē ego credidi quod tu es xps̄ filius dī qui in hunc
mundum uenisti. 28 Et his dictis abiit et uocauit mariam
sororem suam silentio dicens magister uenit et uocat te.
28 illa ut audiit surrexit cito et uenit ad illum 30 non-
dum enim erat ihs̄ in castellum sed adhuc erat in loco in

quo occurrerat illi martha. 31 Iudaei autem qui consolaban-
tur illam uidentes mariam quod uelociter surrexit et exiit .
secuti sunt illam dicentes quia uadet ad monymentum ut
ploret. 32 Maria ergo ut uenit ubi erat ihš ut uidit illum
caecidit ad pedes eius . et dixit illi dnē si hic fuisses non
esset mortuus frater meus. 33 Ihš autem uidit illam flentem
et iudaeos flentes qui uenerant cum illam fremuit spū et
conturbabit se ipsum. 34 et ait ubi posuistis illum . dicunt
illi dnē ueni et uide. 35 et lacrimatus est ihš. 36 Et
dixerunt iudaei ecce quomodo amabat illum 37 quidam
autem dixerunt ex illis non poterat iste qui aperuit oculos
caeci nati facere ut et hic non moreretur. 38 Ihš ergo fre-
mens intra se uenit ad monymentum . erat autem spelunca
et lapis adpositus illi. 39 ait ihš tollite lapidem et dicit
martha ad ihm̄ dnē iam fetet quarta diei est enim. 40 Ait illi
ihš non tibi dixi quoniam si credideris uidebis gloriam dī.
41 et ut reuoluerunt lapidem ihš adleuabit oculos suos et
dixit . pater gratias ago tibi quod audisti me 42 et ego
sciebam quod semper me audis sed propter turbam circum-
stantem dixi ut credant quia tu me misisti 43 his dictis
uocauit uoce magna lazare ueni foras 44 et exiuit ille mor-
tuus pedibus et manibus institis . et facies eius sudario erat
ligata. Et dicit ihš discipulis suis soluite illum et sinite ire.
45 multi itaque ex iudaeis qui uenerant ad mariam et uide-
runt quod est factum crediderunt in illum 46 quidam autem
ex illis abierunt ad farisaeos et dixerunt illis quod fecit ihš.
46 Congregauerunt ergo sacerdotes et farisaei concilium et
dicebant quid faciemus quod hic homo talia signa facit.
48 si passi fuerimus illum sic omnes credent in illum et
uenient romani et tollent locum nostrum et gentem. 49 Unus
autem ex illis nomine caiphas qui erat anno illo princeps
sacerdotum dixit illis uos nescitis nihil 50 neque cogitatis
quod expedit uobis ut unus homo moriatur pro plebe et non
tota gens pereat. 51 hoc autem non a se dixit sed quia prin-
ceps erat sacerdotum profetauit quod ihš pro gente erat mori-
turus. 52 et non solum pro gente sed ut disparsos quoque
filios dī in unum congregaret. 53 Ex illa itaque die con-
silium fecerunt iudaei ut occiderent eum. 54 Ihs ergo iam
palam non ambulabat inter iudaeos sed habiit in regionem
prope desertum in ciuitatem quae dicitur ephrem et ibi
commorabatur cum discipulis suis. 55 Et prope erat pascha
iudaeorum et ascenderunt multi in hierosolymis de illa regione
ante pascha ut purificarent se 56 quaerebant ergo ihm̄ et
dicebant inter se in templo stantes putatis quod non uenit
ad diem solemnem. Dederunt autem principes sacerdotum

et farisaei mandatum ut si quis cognouisset ubi esset indicaret
et conpraehenderet illum.
XII. 1 Ihš autem ante sex dies pasche uenit in betha-
nia ad lazarum quem suscitauit mortuum 2 et gerunt illi
cenam et martha ministrabat . lazarus autem erat unus ex
discumbentibus. 3 Maria autem accepit libra pistici unguenti
et unxit pedes ihm̄ et tersit capillis suis pedes eius et domus
impleta est odore unguenti. 4 Dicit unus ex discipulis
eius simon iudas schariotha qui eum traditurus erat 5 quare
hoc unguentum non ueniit denariis trecentis et datum est
pauperibus. 6 hoc autem dixit non quod de pauperibus cura
illi esset . sed quia fur erat et loculum habebat et quae
mittebantur auferebat. 7 Ait ihš demitte illam ut in diem
sepulturae meae seruet illud 8 quoniam pauperes semper
habebitis uobiscum me autem non habebitis semper. 9 Plu-
rima autem turba iudaeorum audierunt quia ibi est ihš . et
uenerunt non propter ihm̄ sed ut lazarum uiderent quem
suscitauit a mortuis. 10 Cogitauerunt autem principes sacer-
dotum et ut larum occiderent 11 quia multi iudaeorum
propter illum ibant et credebant in ihm̄. 12 Et altera die
turbae multae quae uenerant ad diem festum audito quod
ihš uenit in hierosolyma 13 acceperunt flores palmarum et
exierunt illi obuiam et clamabant ossa benedictus qui uenit
rex isdrahel. 14 Et inuenit ihš asinum et sedit super illum.
Sicut scriptum est 15 noli timere filia a sion ecce rex tuus
uenit tibi mites sedens super pullum asinae. 16 Haec non
cognouerunt prius discipuli eius sed cum glorificatus esset
ihš rememorati sunt quod haec erant scripta et haec fecerunt
illi 17 et testimonium itaque reddebant turbae quae erant
cum illo . quoniam lazarum uocauit de monumen et suscita-
uit eum de mortuis 18 ideo occurrit illi turba quoniam
audierunt quod fecit signum 19 itaque farisaei dixerunt ad
illos uidetis quod nihil procitis . ecce post illum uniuersus
mundus abiit 20 et erant greci quidam ex his qui ascende-
rant ut adorarent in diem solemnem 21 hii accesserunt ad
pilippum qui erat a bessaida galileae et rogabant illum
dicentes dnē uolumus ihm̄ uidere. 22 et uenit philippus et
dicit andreae deinde uenit andreas et philippus ihm̄. 23 Ad
ille respondit eis dicens uenit hora ut glorificetur filius ho-
minis. 24 Amen amen dico uobis nisi granum tritici cadat
in terram et moriatur 25 ipsut solut manebit . si uero moria-
tur multum fructum adferet qui amat animam suam perdet
illam . et qui odit animam suam in hoc mundo in uitam
aeternam custodiet illam. 26 Si quis mihi ministrauerit se-
quatur me et ubi ego ero ibi et minister meus . si quis mihi
ministrauerit honorificauit illum pater meus. 27 Nunc anim[a]e

mea conturbata est et quid dicam pater libera me de ista
hora sed ideo ueni in hanc horam 28 pater glorificetur
nomen tuum uenit ergo uox de caelo dicens et honorificabi
et iterum honorificabo 29 turba itaque stabat et audientes
dicebant tonitrua facta sunt . alii uero diceba^{n}t angelus ad
illum locutus est. 30 Respondit ihs̄ et dixit non propter me
uox haec uenit sed propter uos. 31 nunc iudicium est huius
mundi nunc princeps huius mundi mittetur deorsum. 32 et
cum exaltatus fuero a terra omnia traham ad me. 33 hoc
autem dicebat significans qua morte inciperet mori. 34 re-
spondit illi turba non audiuimus scriptum in lege quia xps̄
manet in aeternum . et quomodo tu dicis quod oportet ex-
altari filium hominis quis est iste filius hominis. 35 Ait illis
ihs̄ adhuc modicum tempus lux in uobis est . ambulate
itaque dum lumen habetis ne tenebrae uos conpraehendant .
si quis ambulet in tenebris nescit quo eat. 36 cum lucem
habetis credite in lucem ut fili lucis sitis. Haec locutus est
ihs̄ et abiit et abscondit se 37 cum tanta autem signa
fecisset coram illis non crediderunt in eum. 38 ut sermo
eseiae profetae impleretur quem dixit dnē quis credidit audi-
tui nostro et brachium dnī cui reuelatum est 39 propterea
non potuerunt eredere. Quia dixit iterum eseias 40 obsae-
cauit oculos eorum et indurauit cor eorum ut non uideant
oculis et non intellegant corde et conuertantur et sanem illos
41 Haec dixit eseias quia uidit maiestatem eius et locutus
est de illo. 42 ueruntatem ex principibus multi crediderunt
in eum . sed propter farisaeos non confitebantur ne de syna-
goga eicerentur. 43 amauerunt enim gloriam hominum magis
quam gloriam dī. 44 Ihs̄ autem clamabat dicens qui credit
in me non credit in me sed in eum qui me misit. 45 et
qui uidet me uidet et eum qui me misit. 46 Ego lumen in
hunc mundum ueni ut omnis qui crediderit in me non maneat
in tenebris. 47 et si quis non audierit uerborum meorum
ego non iudico illum non enim ueni ut iudicem saeculum
sed ut saluem saeculum. 48 Qui reprobat me et non accipit
uerba mea habet qui eum iudicet . uerbum quod locutus
sum ipsut iudicabit illum nouissima die 49 quia ego a me
non sum locutus . sed qui me misit pater ipse mihi manda-
tum dedit quid faciam et quid loquar 50 et scio quia man-
datum eius uita aeterna est quia secundum quod dixit mihi
pater ita et loquor.

XIII. 1 Ante diem autem festum paschae sciens quia
uenit hora eius ut transiret de saeculo isto ad patrem cum
dilexisset suos qui erant in saeculo dil^{e}ixit eos usque ad finem.
2 Et cena facta est cum diabolus iam se misisset in cor
iudae simon a cariotha ut eum traderet 3 sciens quia omnia

dedit illi pater in manus et quia a dō exiit et ad dm̄ uadit
4 surrexit a cena . et posuit uestimenta . et accepit linteum
et praecinxit se. 5 deinde mittit aquam in peluem et coepit
labare pedes discipulorum et tergere linteo quo erat cinctus.
6 et cum uenisset ad simonem petrum dicit illi petrus dnē
tu mihi pedes labas. 7 Respondit ihs̄ et di[ci]t illi quod ego
facio tu nescis scies autem postea. 8 Dicit illi petrus non
labas mihi pedes in aeternum. Respondit ihs̄ nisi labero tibi
pedes non habebis partem mecum 9 dicit illi simon petrus
dnē non pedes tantum sed et manus et capud. 10 Dicit illi
ihs̄ qui lotus est non habet causam nisi pedes labare sed est
mundus totus . et uos mundi estis sed non omnes 11 sciebat
enim ab initio quis esset qui eum traditurus erat . propterea
dixit et uos mundi estis sed non omnes. 12 ad ubi ergo labit
pedes eorum et accepit uestimentum et recubuit. Iterum
dixit illis scitis quid fecerim uobis. 13 uos mihi dicitis ma-
gister et dnē et bene dicitis sum enim. 14 si ergo ego laui
pedes uestros magister et dns̄ et uos debetis aliorum pedes
labare. 15 exemplum enim dedi uobis ut quomodo ego feci
et uos aliis faciatis. 16 Amen amen dico uobis non est
seruus maior dnō suo . neq(ue) apostolus maior eo qui eum
misit. 17 haec scientes beati eristis. 18 non de omnibus
uobis dico ego scio quos elegi sed ut scriptura adimpleatur .
qui manducat panem mecum adampliauit super me. 19 amodo
dico uobis priusquam fiat ut credatis cum factum fuerit quo-
niam ego sum. 20 Amen amen dico uobis qui recipit me
recipit eum quem misero . et qui recipit si quem misero
recipit eum qui me misit. 21 Haec cum dixisset ihs̄ turba-
tus et spū et testimonium dixit . et ait . amen amen dico
uobis quia unus ex uobis tradet me 22 adtendebant inuicem
dicentes haesitantes de quo diceret. 23 et fuit recumbens in
sinu ihm̄ unus ex discipulis eius quem amabat 24 et huic
annuit simonem petrus uti cognosceret a ihū de quo dixisset.
25 Recumbens ille super pectus ihm̄ ait illi dnē quis est.
26 Respondit illi ihs̄ cui intingens panem dedero ipse est .
et intingens panem dedit iudae scarioth. 27 et statim intra-
uit in eum satanas. Et dicit ei ihs̄ quod facies citius fac.
28 hoc autem nemo potuit cognoscere quid ei dixisset 29 qui-
dam enim putauerunt quia loculos iudas habebe[a]t et praecepisset
ei emere quae sunt necessaria ad diem festum aut pauperibus
aliquid daret. 30 Accepta autem bucilla iudas exiit . erat au-
tem nox. 31 ut ergo recessit ait ihs̄ nunc glorificatus est fius
hominis et ds̄ glorificatus est in eo. 32 si ds̄ glorificatus est in
eo . et ds̄ glorificauit eum in semetipso et statim glorificauit
illum 33 Filioli adhuc modicum uobiscum sum quaerites me
et sicut dixi iudaeis ubi ego sum uos non potestis uenire et

uobis nunc dico 34 praeceptum nouum do uobis ut diligatis
inuicem sicut ego dilexi uos. 35 in hoc cognoscent omnes
quod discipuli mei sitis si dilectionem habeatis inuicem.
36 Dicit illi simon petrus dnē quo uadis. Respondit ihs̄ quo
ego eo tu non potes uenire modo . sequeris autem postea.
37 Dicit illi petrus dnē quare non possu^{m}nt te sequi modo
animam meam pro te ponam. 38 Respondit ihs̄ animam
tuam pro me ponis amen dico tibi priusquam gallus cantet
ter me negabis

XIV. 1 non conturuetur cor uestrum neque trepidet
credite in dō et in me credite 2 in domo patris mei multae
sunt mansiones si quominus dixissem uobis eo parare uobis
locum. 3 et si abiero et parauero iterum ueniam et sumam
uos ut sicubi sum ego et uos sitis 4 et scitis quo eam et
uiam nostis 5 Ait thomas dnē dnē non scimus quo eas et
quomodo uiam nouimus. 6 Ait illi ihs̄ ego sum uia et ueri-
tas et uita nemo uenit ad patrem nisi per me. 7 si cogno-
uistis me et patrem meum cognoscitis et amodo nostis illum
et uidetis eum. 8 Ait philippus dnē ostende nobis patrem
et sufficit nobis. 9 Ait illi ihs̄ tanto tempore uobiscum sum
et non nostis me philippe qui me uidit patrem uidit quo-
modo tu dicis ostende nobis patrem 10 non credis quoniam ego
in patre et pater in me est uerba quae ego dico uobis a me
non loquor pater autem in me manens facit facta 11 credite
mihi quia ego in patre et pater in me est 12 si quominus
propter facta ipsa credite. Amen amen dico uobis qui in me
credit facta quae ego facio et ipse faci^{e}t quia uado ad patrem
meum. 13 et quidquid petieritis in nomine meo hoc faciam
ut magnificetur pater in filio 14 si quid petieritis in nomine
meo ego faciam. 15 si diligites me mandata mea serbate.
16 et ego rogabo patrem et alium aduocatum dabit uobis ut
sit uobiscum in aeternum 17 spm̄ uera^{i}tatis quem accipere
saeculum non potest quoniam non uidet illum non nouit
illum uos autem nostis illum quia apud uos manet et in
uobis est in aeternum. 18 Non relinquam uos orfanos uenio
ad uos 19 adhuc pusillum et saeculum me non uidebit uos
autem uidebitis 20 in illa die scitis uos quoniam ego in
patre meo et uos in me et ego in uobis. 21 qui habet man-
data mea et seruat illa . ille est qui me diligit . diligetur a
patre meo et ego diligam illum et ostendam me ipsum illi.
22 Dicit iudas non ille scariotha dnē quid est factum quo-
niam incipis nobis manifestare te ipsum et non saeculo.
23 Dicit ihs̄ si quis me diligit uerbum meum serbauit et
pater meus diligebit illum et apud illum ueniam et mansio-
nem apud eum faciam 24 qui non dilig^{e}it me uerbum meum
non facit uerbum meum non est meum sed eius qui me

misit patris 25 haec locutus sum uobis apud uos manens.
26 sps̄ autem paracletus sanctus quem pater mittit in nomine
meo ille uos docet omnia et admonebit uos omnia quae dix-
ero. 27 Pacem meam remitto uobis pacem meam do uobis
non conturbetur cor uestrum neque trepidet 28 audistis quo-
niam ego dixi uobis uado et uenio ad uos . si me dilixissetis
gauderetis quia ego ad patrem uado quia pater maior me est
29 et nunc dixi uobis priusquam fiat ut cum factum fuerit
credatis. 30 iam non loquar multa uobiscum uenit enim
princeps saeculi huius et non habet in me quicquam 31 sed
ut sciat saeculum quoniam ego diligo patrem et quomodo
mandatum mihi dedit sic facio surgite eamus hinc.

XV. 1 Ego sum uitis uera et pater meus agricola est
2 omne sarmentum non faciens in me fructum tollet illud et
omne quod fructum adferet emundabit illud ut fructum mul-
tum adferat. 3 iam uos mundi estis propter sermonem quem
locutus sum ad uos. 4 manete in me et ego in uobis sicut
sarmentum non potest fructum ferre ab se nisi remanserit in
uite . sic nec uos nisi manseritis in me. 5 Ego sum uitis
uos sarmenta qui manet in me et ego in eo . sic feret fruc-
tum multum qu[i]a sine me nihil potestis facere 6 si quis in
me [non] manserit proiectus erit sicut sarmentum . et arefit et
colligunt illud et in ignem mittunt et ardet 7 si manseritis
in me et uerba mea in uobis manserint quod uultis petite et
fiet 8 in hoc glorificatus est pater meus ut fructum multum
feratis et sitis discipuli mei. 9 sicut dilexit me pater et ego uos
dilexi manete in caritate mea. 10 Si mandata mea serbaueri-
tis manetis in caritate sicut et ego mandata patris mei seruabi
et maneo in eius caritate. 11 Haec locutus sum uobis ut gau-
dium meum in uobis sit et gaudium uestrum impleatur. 12 hoc
est mandatum meum ut diligatis inuicem . sicut dilexi uos 13 ma-
iorem hanc caritatem nemo habet ut animam suam ponat pro
amicis sui. 14 uos amici mei estis si feceritis quod mando
uobis 15 iam non dico uos seruos quoniam serbus nescit quid
faciat dn̄s eius uos autem dixi amicos quia omnia quae au-
diui a patre meo manifestaui uobis 16 non uos me elegis[tis]
sed ego uos elegi posui uos ut uos eatis et fructum adferatis . et
fructus uester est ut si quid petieritis patrem in nomine meo
det uobis 17 Haec mando uobis diligite inuicem 18 si sae-
culum uos odis scitote quoniam me primo odiit. 19 si de
saeculo essetis saeculum quod suum esset amaret quia de
saeculo non estis et ego elegi uos de saeculo propterea odit
uos saeculum 20 mementote sermones quem dixi uobis.
Non est serbus maior dnō suo si me persecuti sunt et uos
persequentur si sermonem meum serbabunt et uestrum serba-
bunt 21 sed haec omnia faciunt uobis propter nomen meum

quia non nouerunt eum qui me misit 22 nisi uenissem et
locutus essem illis peccatum non haberent nunc excusationem
de peccato non habent 23 qui me odit et patrem meum odit
24 si opera non feci in ipsis quae nemo alius fecit peccatum
non haberent . nunc autem et uiderunt me et oderunt me et
patrem meum. 25 Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum
scriptus est quia oderunt me gratis. 26 Cum uenerit aduo-
catus quem ego mittam uobis a patre sp̄s ueritatis . qui a
patre prodiit ipse testis erit de me. 27 et uos testis estis
quoniam ab initio mecum estis.

XVI. 1 Haec locutus sum uobis ne scandalizemini
2 expulerunt uos a synagogas sed ueniet hora ut omnis qui
uos occiderit putet se culturam dō adferre 3 sed haec faci-
ent quia non cognouerunt patrem neque me 4 haec locutus
sum uobis ut cum uenerit hora eorum memores sitis quid
ego dixi uobis. 5 haec autem uobis ab initio non dixi quia
uobiscum eram nunc autem uado ad eum qui me misit et
nemo de uobis interrogat me quo uadis 6 sed quoniam ista
locutus sum uobis tristitia impleuit cor uestrum 7 ego ueri-
tatem dico uobis . utile est uobis ut ego eam . nisi ego abiero
aduocatus non ueniet ad uos si autem abiero mittam illum
8 et ueniens ille arguet saeculum de peccatis et de iustitia
et de iudicio. 9 de peccato quidem quia non crediderunt in
me 10 de iustitia autem quia ad patrem uado et iam non
uidebitis me. 11 de iudicio autem quia princeps mundi huius
iudicatus est. 12 Adhuc multa habeo de uobis dicere sed
non potestis portare ea modo. 13 cum uenerit ille sp̄s ueri-
tatis inducet uobis ueritatem omnem . non enim loquitur ab
se sed quae audit loquitur et futura nuntiauit uobis 14 ille
me glorificauit quoniam de meo accepit et nuntiauit uobis.
15 Omnia quae habet pater mea sunt propter hoc dixi uobis
16 pusillum et non uidebitis me et iterum pusillum et uide-
bitis me. 17 Dicebant ergo ex discipulis eius ad inuicem
quid est hoc quod dicit nobis pusillum et non uidebitis me .
et iterum pusillum et uidebitis me . et quoniam eo ad patrem.
18 quid est pusillum non scimus quid loquitur. 19 intellexit
ih̄s quia uoluerunt eum interrogare. Et dixit illis de hoc
quaerites ad inuicem quia dixi pusillum et non uidebitis me
et iterum pusillum et uidebitis me 20 amen amen dico uobis
quia plorabitis et plangetis uos . saeculum autem gaudebit
uos tristis eritis sed tristitia uestra in gaudium ueniet. 21 Mu-
lier cum parit tristitiam habet quia ueniet dies eius . cum
autem natus est infans iam non habet in mentem praessuram
propter gaudium quia natus est homo in saeculum 22 et
uos nunc quidem tristitiam habebitis . iterum autem uidebo
uos et gaudebit cor uestrum et gaudium uestrum nemo aufert a

uobis 23 in illa die nihil metuebitis. Amen amen dico
uobis si quid petieritis patrem in nomine meo dabitur uobis
24 usque nunc nihil petistis in no meo . petite et accipietis
ut gaudium uestrum sit impletum. 25 haec in prouerbiis
locutus sum ad uos ueniet hora quando iam non in prouer-
biis loquar uobis sed euidenter de patre nuntiabo uobis
26 illa hora in nomine meo petietis et non dico uobis quia
ego rogabo patrem. 27 ipse enim pater diligit uos . quia uos
me dilixistis et credidistis quia ego a dō 28 exiui a patre
et ueni in saeculum et iterum relinquo saeculum et ibo ad
patrem. 29 Dicunt discipuli eius ecce nunc fidenter loqueris
et similitudinem nullam dices. 30 nunc scimus quoniam nosti
patrem et non est tibi opus ut quis interroget te aliquid in
hoc credimus quia a dō existis. 31 Et respondit illis ihs̄ .
nunc creditis 32 ecce uenit hora et nunc est ut unusquisque
uestrum dispargatur a se et me solum relinquatis et non
solum quia pater mecum est. 33 Haec locutus sum uobiscum
ut in me pacem habeatis in saeculo autem tristitiam habeatis
sed fidite quia ego uici saeculum.

XVII. 1 Haec locutus est ihs̄ et adleuauit oculos in
caelo et dixit pater nenit hora clarifica filium tuum . et filius
clarificet te 2 sicut dedisti illi potestatem omnis carnis ut
omne quod dedisti illi det ei uitam aeternam. 3 Haec autem
est uita aeterna ut cognoscant te solum et uerum dm̄ et quem
misisti ihm̄ xpm̄ 4 ego te clarificaui in terra opus perfeci
quod dedisti mihi ut facerim. 5 et nunc clarifica me tu pater
apud te ipsum claritatem quam habui prius priusquam mun-
dus esset apud te 6 manifestaui nomen tuum apud homines
quos dedisti mihi de saeculo tui fuerunt et mihi eos dedisti
et uerbum tuum seruabi. 7 nunc cognoui quoniam omnia
quae dedisti mihi abs te sunt 8 quia uerba mea quae dedisti
mihi dedi illis . et ipsi acceperunt uere abs te exierunt et
crediderunt quia tu me misisti. 9 et ego pro eis rogo non
pro saeculo rogo sed pro eis quos mihi dedisti quia tui sunt.
10 et mea omnia tua sunt et tua mea et clarificatus sum in
illis. 11 et iam non sum in saeculo et in saeculo sum . et
hii in saeculo sunt et ego ad te uenio. Pater sancte serua
eos in nomine tuo 12 cum essem cum eis ego seruabi illos
in nomine tuo quos dedisti mihi custodiui et nemo ex is
perit nisi filius perditionis . ut scriptura impleatur 13 nunc
autem ad te uenio et haec tecum lequo^a^r in saeculo ut ha-
beant gaudium meum in seme^ti^psis repletum. 14 Ego dedi
illis uerbum tuum et saeculum odit eos quia non sunt de
saeculo 15 non rogo ut tollas eos a ^s^eculo sed ut serues eos
a malo. 16 De saeculo non sunt . sicut ego non sum de
saeculo. 17 sanctifica eos in ueritate quia uerbum tuum

uerum est. 18 sicut me misisti in saeculo et ego misi eos
in saeculum 19 et pro eis sanctifico me me ipsum ut sint
ipsi sanctificati in ueritate. 20 Non pro his autem rogo solis
sed et pro eis qui credituri sunt per uerbum ipsorum in me
21 ut omnes unum sint sicut tu pater in me et ego in te . ut
et ipsi in nobis sint ut saeculum credat quia tu me misisti.
22 et ego claritatem quam dedisti mihi dedi illis ut sint
unum quomodo et nos unum 23 ego in ipsis et tu in me
ut sint perfecti in unum ut cognoscat saeculum quia tu me
misisti et dilexisti eos sicut me dilixisti. 24 Pater quos mihi
dedisti uolo ut ubi ego fuero et hi sint mecum ut uideant
claritatem meam quam mihi dedisti ante mundi constitutio-
nem. 25 Pater iuste et mundus te non cognouit ego autem
te cognoui et ipsi cognouerunt quia tu me misisti. 28 et
manifestetaui illis nomen tuum et manifestabo ut claritas qua
dilexisti me in ipsis sit et ego in illis.

XVIII. 1 Haec cum dixisset ihs̄ prodiit et discipuli
eius trans torrentem caedrum ubi fuit hortus in quem in-
troierunt discipuli eius. 2 Sciebat autem et iudas qui eum
tradebat ipsum locum quoniam saepe colligit se ihs̄ illo cum
discentibus. 3 Iudas ergo cum accepisset cohortem a ponti-
ficibus et farisaeis ministros uenit illo cum lanternis faculis
et armis. 4 Ihs̄ ergo cum sciret omnia quae uentura essent
super se exiuit et dicit illis quid quaerites 5 responderunt ihm̄
nazoreum. Dicit illis ego sum . stabat autem et iudas qui
eum tradebat cum ipsis 6 quomodo ergo dixit illis ego sum
abierunt retro et caeciderunt in terram. 7 iterum ihs̄ inter-
rogauit illos quem quaerites illi autem dixerunt ihm̄ nazo-
renum. 8 Respondit ihs̄ dixi uobis quia ego sum . si ergo
me quaerites sinite istos ire 9 ut impleretur sermo quem
dixit quos dedisti mihi nemine perdidi ex illis 10 Simon
ergo petrus habens gladium eduxit illum et percussit seruum
principes sacerdotum et abscidit auriculam eius dextram fuit
autem nomen serui illius malchus 11 Dixit ergo ihs̄ petro
remitte gladium tuum in tecam suam calicem quem mihi
dedit pater non bibam illum. 12 Cohors itaque et tribunus
et ministeria iudaeorum conpraehenderunt — — — — —
25 — — Dixerunt numquid et tu unus ex discentibus eius
es . negauit ille et dixit non sum. 26 Dixit unus ex seruis
pontificis propinqui eius cuius absciderat petrus auriculam
non ego te uidi in orto cum eo. 27 Iterum ergo negauit et
continuo gallus cantauit. 28 Adduxerunt ergo ihm̄ ad caip^{h}an
in praetorium . erat autem mane et ipsi non introierunt in
praetorium ne inquinarentur sed ut ederent pascha. 29 Exi-
uit ergo pilatus ad eos foras et dixit quam accusationem
adfertis hominis huius. 30 Responderunt et dixerunt illi si

non esset hic mali aliquid faciens non traderemus tibi eum.
31 Dixit illis pilatus sumite eum uos et secundum legem
uestram iudicate illum. Dixerunt illi iudaei nobis non licet
interficere quemquam 32 ut sermo ihm̄ adimpleatur quem
dixit significans qua morte moreretur. 33 Introiuit ergo ite-
rum im praetorio pilatus et clamauit ihm̄ et dixit tu es rex
iudaeorum. 34 Respondit ihs̄ abs te tu hoc dicis an ali tibi
dixerunt de me. 35 Respondit pilatus numquid ego iu-
daeus sum gens tua et pontifex tradidit te mihi quid fecisti.
36 Dixit ihs̄ regnum meum non est de isto saeculo si de isto
saeculo esset regnum meum meum ministri mei turbarentur
ne traderer iudaeis nunc autem regnum meum non est hinc.
37 Dixit ergo pilatus ergo rex es tu. Respondit ihs̄ dicis
quoniam rex sum in hoc natus sum et in hoc ueni in saeculo
ut testimonium dicam ueritatis omnis qui est de ueritate
audit uocem meum. 38 Dicit illi pilatus quid est ueritas et
cum hoc dixisset iterum exiuit ad iudaeos et dixit illis ego
nullam inuenio in illo causam 39 est autem consuetudo ut
unum reum demittam uobis in pascha uultis ergo demittam
uobis regem iudaeorum 40 exclamauerunt omnes noli istum
sed barabban erat autem barabbas insignis latro.

XIX. 1 Tunc ergo accepit pilatus ihm̄ et flagellauit
eum 2 et milites ornauerunt et spineam coronam et capiti eius
superposuerunt et uestimento purpureo circumdederunt eum
3 et ueniebant ad eum et dicebant habe rex iudaeorum et dabant
illi palmas. 4 Exiuit iterum pilatus et ait illis ecce adduco
illum uobis foras ut sciatis quoniam in ipso causam non in-
uenio. 5 Exiuit ergo ihs̄ foras habens spineam coronam et pur-
pureum uestimentum. 6 cum ergo uidissent eum pontifices et
ministeria et clamauerunt crucifigatur. Dicit illis pilatus acci-
pite uos illum et crucifigite . ego non inuenio in illo causam
7 Responderunt iudaei nos legem habemus et secundum legem
debet mori quia filium dī se fecit. 8 Cum audisset ergo
pilatus hunc sermonem magis timuit 9 et introiuit in prae-
torium iterum et dicit ad ihm̄ unde es tu . ihs̄ responsum
non dedit illi. 10 Dicit illi ergo pilatus mihi non loqueris
nescis quia potestatem habeo dimittere te et potestatem figere
te in crucem. 11 Dixit ihs̄ nullam potestatem haberes ad-
uersus me nisi data esset tibi desuper . propterea qui me
tradidit tibi maius delictum habet. 12 ex hoc pilatus quaerebat
dimittere eum. Iudaei autem clamabant dicentes . si hunc
dismiseris non eris amicus caesaris . omnis qui se regem
facit contradicet caesari. 13 Pilatus ergo cum haec uerba
audisset adduxit foras ihm̄ et sedit pro tribunali in loco qui
dicitur lithostrotus hebreice autem gennatha 14 fuit autem
cena pura paschae hora quasi sexta et dicit iudaeis ecce rex

uester 15 clamauerunt ergo tolle tolle crucifige eum. Dicit
illis pilatus regn[e]um uestrum crucifigam. Responderunt sacer-
dotes nos non habemus regem nisi caesarem 16 tunc ergo
tradidit eum illis ut in crucem tolleretur. Acceperunt ergo
ihm̄ et ferens sibi crucem 17 exiuit in locum qui dicitur
caluariae locus nominatus qui dicitur hebreice gulgotha 18 ubi
eum in crucem tulerunt et cum eo alios duos hinc et inde
in medium autem ihm̄. 19 Scripsit autem titulum pilatus et
posuit supra crucem erat autem inscriptum hic ihs̄ nazoreus
rex iudaeorum. 20 Hunc ergo titulum multi legerunt iudaei
quia iuxta ciuitatem in crucem sublatus est ihs̄. Et [e]rat
scriptus ebreic[a]e latinae et grece. 21 Dicebant ergo pilato
sacerdotes iudaeorum noli scribere rex isdrahel sed quoniam
ille dixit rex sum iudaeorum. 22 Respondit pilatus quod
scrip scripsi. 23 milites ergo cum fixissent ihm̄ acceperunt
uestimentum eius et fecerunt de eo partes quattuor . singulis
militibus . simili modo et tunicam erat autem ei tunica non
suta de superiore parte textilis. 24 Dixerunt ergo ad inui-
cem non conscindamus illam sed sortiamur de ea cuius sit
ut scriptura adimpleatur . diuiserunt sibi uestimenta mea et
in uestem meam miserunt sortem. Et milites quidem ista
fecerunt 25 stabant autem ad crucem ihm̄ mater eius et soror
matris eius maria cleopha et maria magdalene. 26 Ihs̄ au-
tem cum uidisset matrem et discipulum adsistentem quem
diligebat . dicit ad matrem ecce filius tuus. 27 deinde dicit
discipulo ecce mater tua . ex illa hora accepit discipulus eam
secum. 28 Tunc ihs̄ cum scriret quoniam omnia perfecta sunt
ut adimpleretur scriptura ait sitio 29 pelbis posita erat aceto
plena . spongiam ergo aceto plenam hyssi[o]po circumdederunt
et adplicuerunt ori eius. 30 Cum ergo accepisset ihs̄ acetum
ait perfectum est . et inclinauit capud et reddidit spm̄.
31 Iudaei ergo quoniam cena pura erat ut non manerent in
crucem corpora sabbato . fuit enim dies magnus illius sab-
bati. Rogauerunt pilatum ut crura eorum frangerentur et
auferrentur. 32 Uenerunt ergo milites et primi quidem frege-
runt et alterius qui confixus erat illi in crucem. 33 ad ihm̄
autem cum uenissent quomodo uiderunt illum iam mortuum
non fregerunt eius crura. 34 sed unus ex militibus lancea
latus eius inseruit et exiuit aqua et sanguis. 36 Facta autem
sunt ista ut scriptura adimpleatur os non comminuatur eius
37 et iterum alia scriptura uiderunt in quem pupugerunt.
38 Post haec autem rogauit pilatum ioses qui ab arimatia
erat discipuli ihm̄ absconsus autem erat propter metum iu-
daeorum petit a pilato ut auferret ihm̄ et permisit pilatus et
uenerunt et abstulerunt eum. 39 Uenit autem et nicodemus
qui uenerat ad ihm̄ nocte primo tempore ferens malagmam

murrae et aloen quasi libras centum. 40 Acceperunt ergo
corpus ihm̄ et ligauerunt eum cum aromatis sicut moyses
iudaeis sepelire iussit. 41 Fuit autem in loco ubi fixus cruci
fuit ortus et in orto monumentum nouum in quo nondum
quisquam erat positus 42 propter cena puram quia iuata
fuit illic posuerunt illum.
XX. Posttridie sabbati maria magdalene uenit mane
cum adhunc tenebre essent in monumentum et uidet lapidem
sublatum de monumento. 2 et cucurrit ad simonem petrum
et alium discipulum quem amabat et dicit illis tulerunt dnm̄
de monumento et non scio ubi posuerunt eum. 3 Exiiuit
ergo petrus et alius discipulus et ibant ad monumentum
4 currebant autem ambo simul sed ille alius discipulus prior
cucurrit uelocius petro et uenit ad monumentum 5 et
prospiciens uidet si posita linteamina non quidem intrauit.
6 uenit ergo simon, petrus subsequens eum et intrauit in
monumentum . et uidet linteamina posita 7 et orarium
quod fuit super capud eius non cum linteaminibus positum
sed singulariter inuolutu inuolutum in uno loco 8 tunc ergo
intrauit et alius discipulus qui uenerat prior ad sepulchrum
et uidit et credidit. 9 nondum enim nouerat scribturam
quia oportet eum resurgere a mortuis. 10 Abierunt rursum
apud se discipuli. 11 maria autem stabat ad monumentum
plorans et cum fleret prospexit in monumentum 12 et uidet
angelos in albis sedentes unum ad capud et unum ad pedes .
ubi positum fuit corpus ihm̄. 13 et dicuut ei quid ploras ·.
ait illis quoniam tulerunt dnm̄ meum et nescio ubi posuerunt
eum. 14 haec cum dixisset conuersa est retro et uidet ihm̄
stantem . et nesciebat quoniam ihs̄ esset 15 dicit ihs̄ mulier
quid ploras aut quem quaeres . illa aestimans hortulanum
eum esse. Ait illi dnē si tu eum tulisti dic mihi ubi posuistis eum . ut ego eum tollam. 16 Dicit ei ihs̄ maria ad illa
conuersa dicit ei hebreice rabboni quod interpretratur magister
et dnē. 17 Dicit iterum illi ihs̄ noli me tangere nondum
enim ascendi ad patrem uade autem ad fratres et dic illis
ascendo ad patrem meum et patrem uestrum . dm̄ meum et
dm̄ uestrum. 18 uenit maria magdaline nuntians discipulis
quia uidit dnm̄ et quae dixit ei manifestauit 29 cum esset
autem uespere illa die post sabbatum ianuis clausis ubi erant
discipuli collecti propter metum iudaeorum uenit ihs̄ et stetit
in medium et ait illis pas uobiscum. 20 et cum hoc dixisset
ostendit illis manus et latus et gauisi sunt disipuli uiso dnō
21 dixit iterum eis pax uobiscum sicut misit me pater et ego
mitto uos. 22 haec cum dixisset insuflauit et ait illis accipite
spm̄ sanctum 23 si cui remiserites peccata remittentur illi
si cuius detinueritis detenta erunt. 24 Thomas unus ex XII

qui cognominatur dydimus non erat cum illis quando uenit
ihs̄. 25 Dicebant ergo ei ceteri discipuli uidimus dnm̄. Ad
ille dixit eis nisi uidero in manibus eius figuram claborum .
et misero manum meam in latere eius non credo. 26 Post
dies octo rursus erant discipuli simul cum illis et thomas
cum eis . uenit ihs̄ ienuis elausis et stetit in medio et dixit
pas[x] uobiscum 27 deinde ait thomae adfert digitum tuum et
uide manus meas et adfers manum tuam et mitte in latere
meo et noli esse incredulus sed fidelis. 28 Respondit thomas et
dixit dns̄ meus et ds̄ meus. 29 Et ait illi ihs̄ quia uidisti
credis beati qui non uiderunt et credent. 30 Multa quidem
et alia signa fecit ihs̄ coram discipulis suis postqnam resur-
rexit a mortuis quae nou sunt scripta in hoc libro 31 haec
autem scripta sunt ut credatis quia ihs̄ xps̄ filius dī est et
ut credentes uitam aeternam habeatis in nomine ipsius.
XXI. 1 Post haec autem manifestauit se iterum ad
mare tiberiadis . manifestauit autem se sic. 2 erant simul
simon petrus et thomas qui dicitur didymus et nathanahel a
chanaha galileae et fili zebedaei et ali discipuli eius duo
3 dicit illi simon petrus eo piscari. Dicunt ei uenimus tecum
et nos . exierunt et ascenderunt in nauicula et illa nocte
nihil coeperunt. 4 Mane autem facto stetit ihs̄ in litore non
tamen sciebant discipuli quia ihs̄ est. 5 Dicit illis ihs̄ pueri
numquid habetis pulmentarium responderunt non. 6 Ad ille
dixit eis mitte in dextram partem nauis retiam et inuenietis
miserunt et extrahere illam non potuerunt prae multitudine
pescium. 7 Dicit ergo discipulus ille quem diligebat ihs̄ ad
petrum dns̄ est . simon ergo petrus ut audiuit quia dns̄ est
tunicam se praecinxit se . erat enim nudus et misit se in
mare. 8 alii discipuli in nauiculam uenerunt non enim
longe erant a terra sed fere ad gubitis docentis . trahentes
retiam pescium. 9 Ut ergo discenderunt ad terram uident
carbones positos et piscem superpositum et panem. 10 Dicit
illis ihs̄ adferte de pisciculis quos nunc coepistis. 11 ascendit
simon petrus et traxit retiam ad terram plenam pescibus
centum quinquaginta tribus . et cum multi essent non est
scissa retia. 12 Dicit illis ihs̄ uenite prandete . nemo tamen
discipulorum audere interrogare eum tu quis es scientes quia
dns̄ est. 13 Uenit ihs̄ et accepit panem et dedit illis et
piscem similiter 14 hoc iam tertio manifestauit se ihs̄ disci-
pulis postquam surrexit a mortuis. 15 cum ergo prandissent
dicit petro ihs̄ simon iohannes amas me. Dicit illi utuque
dnē . ait illi pasce oues meas. 16 Dicit ei secundo simon
iohannis amas me. Dicit illi utuque dnē tu scis quia amo
te. Dicit ei pasce oues meas. 17 Dicit illi tertio simon
iohannis amas me. Contristatus est petrus quia dixit et

tertio . amas me et ait illi dnē omnia tu nosti tu scis quia
amo te . dicit illi pasce oues meas. 18 Amen amen dico
tibi cum esses adulescentior praecingebas te et ambulabas
quo uolebas . cum autem senueeris alius te praecinget et ducet
quo tu non uis. 19 hoc autem dixit significans qua morte
honoraturus esset eum et hoc dicto dicit illi sequere me.
20 conuersus petrus uidet discipulum quem diligebat ihš se-
quentem qui et recubuerat ad cenam super pectus eius. 21 et
dixit dnē hic autem quid. 22 dicit illi ihš . si eum uoluero
manere dum uenio qui ad te tu me sequere. 23 exiit itaque
hic sermo in fratres quod ille discipulus non moritur et non
dixit ei ihš non morieris . sed si eum uolo manere dum
uenio 24 hic discipulus est qui testimonium perhibet de ihm̄ .
et qui de eo scripsit et scimus quoniam uerum est testimonium
eius. 25 Et alia autem multa fecit ihš quae si scribantur
per singula nec ipsum arbitror hunc mundum capere qui
scriberentur libri.

Euangelium cata iohannem explicit incipit cata lucan.

EUANGELIUM SECUNDUM LUCAN.

I. 1 — — iam quidem multi temptauerunt disponere
narrationem de his rebus quae impletae sunt in nobis 2 sicut
tradiderunt nobis qui a principio contemplatores et ministri
fuerunt uerbi 3 placuit et mihi ab initio diligenter omnia
adsecuto secundum ordinem scribere tibi optime . o theopile
4 ut agnoscas de quibus edoctus sis sermonibus firmitatem.
5 Fuit in diebus herodes reges iudae sacerdos quidam nomine
zacharias de uice abiam et uxor illius de filiabus aron et
nomen eius elisabet. 6 fuerant autem iusti ambo ante faciem
dī ambulantes in omnibus praeceptis et iustiis dnī sine quae-
rella 7 et non erat illis filius quoniam erat elisabet steriles
et ambo erant progressi in diebus suis. 8 Factum est autem
cum sacerdotium administraret in ordine uicis suae ante dnm̄
9 secundum consuetudinem sacerdotii sors illi exiuit ut incen-
— — — neret et ingressus in templum dnī 10 et omnes
turba populi fuit adhorans illa hora supplicationis eius.
11 Uisus est autem illi angelus dnī stans in medio altaris
supplicationis 12 et turbatus est zacharias cum uidisset et
timor inuasit illum. 13 Et dixit ad illum angelus noli timere

zacharia quoniam exaudita est oratio tua et uxor tua elisabet
pariet tibi filium et uocauis nomen eius ioannem 14 et erit
tibi gaudium et laetitia et multi in natiuitate eius gaudebunt.
15 Erit enim magnus ante dnm̄ et uinum et sicera non uiuet
et spū sancto impleuitur adhuc in uentre matris suae 16 et
multos filiorum isdrahel conuertet ad dnm̄ dm̄ ipsorum 17 et
ipse prodiet ante faciem eius in spū et uirtute heliae con-
uertere corda patrum in filios et contumaces in sensum iusto-
rum conparare dnō populum conpositum. 18 Et dixit zacha-
rias ad angelum per quid cognoscam hoc ego enim sum senex
et uxor mea progressa in diebus suis. 19 Et respondit ange-
lus et dixit illi ego sum gabriel qui adsisto ante faciem dī
et missus sum loqui ad te et benenuntiare tibi haec 20 et
ecce eris tacens ut non possis loqui usque in illum diem quo
fiant haec pro eo quod non credisti uerbis meis quae supple-
buntur in tempore suo. 21 Et erat populus expectans zacha-
riam et admirabantur quod tardaret ille in templo 22 ubi
prodiuit autem non potuit loqui ad illos et intellexerunt
quoniam uisionem uidit in templo et ipse fuit adnuens eis
et permansit mutus. 23 et factum est quomodo repleti sunt
dies officii eius abiit in domum suam. 24 Pos^t istos autem
dies concepit elisabet uxor eius et celabat se mensibus quin-
que dicens 25 quia sic mihi fecit dnš in dieb(us) quibus
aspexit auferre obprobrium meum inter homines. 26 In
sexto autem mense missus est gabriel angelus a dō in ciui-
tatem galileae quae uocatur nazaret 27 ad uirginem dispon-
satam uiro cui nomen erat iosef de domo dauid et nomen
uirginis maria. 28 Et cum introisset angelus ad illam bene-
dixit illam et dixit habe gratificata dnš tecum benedicta tu
inter mulieres. 29 Illa autem cum uidisset angelum admirata
est ad introitum eius recogitans quia sic benedixit eam.
30 Et dixit angelus ad illam ne timeas maria inuenisti enim
gratia apud dm̄ 31 ecce concipies in utero et paries filium
et uocauis nomen eius ihm̄ 32 hic erit magnus et filius
altissimi uocabitur et dabit illi dnš dš thronum dauid patris
sui et regnauit in domo iacob in aeternum 33 et regni eius
non erit finis. 34 Dixit autem maria ad angelum quomodo
erit hoc cum uirum nesciam. 35 Et respondens angelus dixit
ad illam spš sanctus superueniet in te et potentia altissimi
obumbrauit te quia propter quod nacetur ex te sanctum
uocabitur filius dī 36 et ecce elisabet propinqua tua et
ipsa concipit filium in senecta sua et his menses sextus
est illi quae uocabitur steriles 37 quia non est impos-
sibile dō omnem uerbum 38 et discessit ab illa angelus.
39 Ex^s urrexit autem maria in dieb(us) illis et abiit in mon-
tuosa instanter in ciuitatem iudeae 40 et introiuit in domum

zachariae et salutauit elisabet. 41 Et factum est quo-
modo audiuit salutationem mariae elisabet exultauit infans
in utero eius et impleta est spū sancto 42 et clamauit uoce
magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres et benedictus
fructus uentris tui 43 et unde hoc mihi contigit ut ueniat
mater dnī mei ad me. 44 ecce enim quomodo facta est uox
salutationis tuae in aures meas exultauit infans in laetitia
in utero meo 45 et beata es credens quia erit perfectio de
his quae dicta sunt tibi a dnō. 46 Et dixit maria magnificat
anima mea dnš 47 et laetatus est spš meus super dō salutare
meo 48 quia inspexit humilitatem ancillae suae. Ecce enim
enim ex hoc beata me dicunt omnes nationes 49 quoniam
fecit mihi magnalia ille potens et sanctum nomen eius 50 et
misericordia eius in saecula eis qui eum metuunt 51 fecit
fortitudinem in braccio suo dispersit superuo sensu corda
illorum 52 destruxit potentes a sedibus et exaltauit humiles
53 esurientes impleuit bonis et locupletes dimisit inanes
54 adsumpsit isdrahel puerum suum commemoratus est miseri-
cordiae suae 55 sicut locutus est ad patres nostros abrahae
et semini eius in aeternum. 56 Remansit autem maria apud
illam mensibus tribus et tunc reuersa est in domum suam
57 elisabet autem templus impletum est ut pariret et peperit
filium 58 et audierunt circumhabitantes et propinqui eius quo-
niam magnificauit dš misericordiam suam cum eo et gratulaban-
tur illi 59 Et factum est die octaba uenerunt circumcidere in-
fantem et uocabant eum nomine patris eius zachariam. 60 Et
respondit mater eius et dixit non sed uocabitur iohannes 61 et
dixerunt ad illam nemo est in propinquitate tua qui uocatur
isto nomine. 62 Adnueba^{n}t autem patri eius quid eum uellet
uocari. 63 ille autem petit pugillaris et scripsit iohannis est
nomen eius . et admirati sunt omnes 64 et apertum est os
eius et lingua et loquebatur benedicens dnm̄. 65 Et factu^{s}m
est timor super omnes circumhabitantes et in tota montuosa
iudeae et diuulgabantur omnia uerba ista 66 et posuerunt
omnes in cordibus suis dicentes quidnam erit infans iste nam
manus dnī erat super ipso. 67 et zacharias pater eius im-
pletus est sancto spū et prophetabat dicens. 68 Benedictus
dnš dš isdrahel qui prospexit redemptionem populo suo 69 et
excitauit cornum salutis nobis in domo dauid pueri sui
70 sicut locus est per ore sanctorum suorum prophetarum
qui a principio temporis sunt 71 salutem ab inimicis nostris et
manus omnium qui nos oderunt 72 facere misericordiam cum
patribus nostris et commemorari testamenti sancti sui 73 quod
iurauit abrahae patri nostro ut det nobis 74 sine metu ini-
micorum seruire illi 75 in ueritate et iustitia in conspectu
eius omnibus diebus nostris 76 et tu puer profeta altissimi

uocaueris . praeibis enim ante faciem dnī praeparare uias
eius 77 ad mandandam agnitionen salutis populo suo in
remissa peccatorum suorum 78 propter uiscera sericordiae dī
nostri in quibus uisitauit nos oriens ex alto 79 praelucere
eis qui in tenebris sunt et in umbra mortis sedentibus ad
dirigendos pedes nostros ad uiam pacis. 80 Puer autem cre-
scebat et corroborabatur spū et erat in solitudinibus usque in
diem progressionis suae ad isdrahel.

II. 1 Factum est autem in illis diebus exiuit edictum
a caesare augusto profeteri unusquisque in suam ciuitatem.
4 Ascendit autem iosef de galilaea de ciuitate nazaret in
terram iuda in ciuitate dauid quae uocatur uethlem propterea
quod essent de domo et patria dauid 5 profiteri cum maria
sponsa sua cum esset praegnas 9 factum est autem cum esset
illic impleti sunt illi dies ut paraeret 7 et peperit filium
suum primitiuum et obuoluerunt illum et collauerunt illum
in praesepio quia non erat locus in stabu. 8 Pastores autem
erant in regione illa pernoctantes et custodientes nocturnas
uigilias super gregem suam. 9 Angelus autem stetit et clari-
tas dī circumfulsit illos et timuerunt timore magno 10 Et
ait illis angelus ne timueritis . ecce enim adnuntio uobis
gaudium magnum quod est omni populo 11 quoniam natus
est uobis hodie saluator qui est xpš ihš dnš in ciuitate dauid
12 et hoc uobis signum inuenietis infantem inuolutum et posi-
tum in praesepio. 13 subito autem facta est cum angelo multi-
tudo exercitus caelestium laudantium dm̄ et dicentium 14 gloria
altissisimis dō et pax in terra hominibus bonae uoluntatis. 15 Et
factum est quomodo discessit ab ipsis angelus in caelum pastores
dixerunt ad inuicem eamus bethlem et uideamus sermonem
istum qui factus est sicut dnš notum nobis fecit. 16 Et uene-
runt festinanter et uiderunt mariam et iosef et infantem posi-
tum in praesepium 17 cum uidissent autem retulerunt de
uerbum quod dictum est ad illos de infantem 18 et omnes
qui audiebant admirabantur de eis quae dicta sunt a pastori-
bus ad se 19 maria autem obseruabat omnes sermones istos
conferens in cor suum. 20 et reuertebantur pastores magni-
ficantes et laudantes dnm̄ de omnibus quae audierant et uide-
rant sicut dictum est ad eos. 21 Et cum perfecti essent dies
octo ad circumcidendum infantem et uocatum est nomen eius
ihš quod dictum erat ab angelo priusquam conciperetur in
utero. 22 Et cum suppleti essent dies purgationis eius secun-
dum legem moysi inposuerunt illum hierusalem ostendere
illum ante dnm̄. 23 sicut scriptum est in lege dnī quia omnis
masculus aperiens uulbam sanctus dnō uocabitur 24 et ut
darent pro eo sacrificium quod dictum est in lege dnī par
turturum aut duos pullos columbinos. 25 Et ecce erat homo

hierusalem cui nomen symeon homo iustus et timens expec-
ta^{n}s praecem isdrahel et spš erat in eo sanctus. 26 respon-
sum enim acceperat ab spū sancto ne uideret mortem quoad-
usque uideret xpm̄ dnī 27 uenit autem in spū in templum
et cum inducerent parentes ihm̄ ut facerent secundum legem
pro eo 28 et ipse accepit eum in manus suas et benedixit
dm̄ et locutus est. 29 nunc dismitte seruum tuum dnē secun-
dum uerbum tuum in pace 30 quia uiderunt oculi mei
salutarem tuum 31 quod parasti ante faciem omnium popu-
lorum 32 lumen in reuelationem oculorum .sed gloriam po-
puli tui isdrahel. 33 Et erat iosef et mater eius admirantes
de omnibus quae dicebantur de eo 34 et benedixit eos symeon
et dixit ad mariam matrem eius ecce hic positus est in rui-
nam et resurrexionem multorum in isdrahel et in signum
cui contradicitur. 35 et tuam autem animam pertransiet
famea ut denudentur de multis cordibus cogitationes. 36 Et
fuit anna profetis filia fanuel de tribu aser haec progressa
multis diebus quae uixit cum uiro suo annis septe a uirgini-
tate sua 37 et ipsa uidua annorum LXXXIIII quae non
recedebat a templo ieiuniis et orationibus seruiens dnō nocte
et die 38 et ipsa illa hora adsit eis confitebantur ad dnm̄ et
loquebatur de eo omnibus expectantibus redemtionem hieru-
salem 39 Et cum perfecissent omnia secundum legem dnī
reuersi sunt in galilaeam in ciuitatem nazareth. 40 puer autem
corroborabatur adcrescebat et implebat sapientia et gratia dī erat
super illum. 41 et ibant parentes eius quodquod annis hierusalem
ad dies solomni paschae. 42 Et cum factus esset annorum XII.
ascenderunt parentes eius hierosolema habentes illum secu^{n}m-
dum morem per diem festum azymorum 43 et cum fecissent dies
et reuerterunt remansit ihš hierusalem et non cognouerunt
parentes eius 44 arbitrantes esse eum in comitatum uenerunt
autem domi et quaesierunt e^{um}os inter propinquos et notos
45 non inuenientes reuersi sunt hierosolyma quaerentes eum.
46 Et factum est post diem tertium inuenerunt illum in
templo sedentem in medio magistrorum audientem et inter-
rogantem illos 47 et omnes qui audiebant admirabantur pru-
dentiam et os et responsa 48 et cum uiderent eum admirati
sunt et dixit ad illum mater eius fili quid fecisti nobis sic
nam et propinqui tui et ego dolentes ^{e}t tristes quaesiuimus te.
49 Et dixit ad illos quid utique quaerebatis me non scitis
ipsi quia in re patris mei oportet me esse. 50 illi autem non
intellexerunt uerbum quod illis locutus est. 51 Et cum discen-
disset cum illis uenit nazareth et fuit subiectus illis . mater
autem eius conseruabat omnia uerba in corde suo. 52 ihš
autem proficiebat aetate et sapientia et gratia apud dm̄ et
homines.

III. 1 Iu anno autem quintodecimo imperi tiberi cae-
saris procurante pontio pilato iudeae quattuoruiratum haben-
tem herodem galileae fratre eius philippo quattuoruiratum
habientem . ityreae et tetrachontidis regionis et lysitania
abilianeae quattuor 2 pontifice anna et capha. Factum est
uerbum dī super iohannem zachariae filium in deserto. 3 cum
uenisset autem in omnem regionem iordanis praedicabat bap-
tismum paenitentiae in remissa peccatorum. 4 Sicuti scriptum
est in libro sermonum eseiae profetae. Uox clamantis in
deserto parate uiam dnī rectas facite semitas eius 5 omnis
uallis impleuitur et omnis mons et collis humiliabitur et erunt
tortuosa in directum et aspera in uias planas 6 et uidebit
omnis caro salutarem dī. 7 Dicebat autem prodeuntibus
turbis cum baptizarentur in conspectu eius progenies uipera-
rum quis ostendit uobis fugere a uentura ira 8 facite ergo
uobis fructum dignum paenitentiae et ne coeperitis dicere
patrem habemus abraham. Amen amen dico uobis quia potens
est ds̄ de istis lapidibus excitare filios abrahae. 9 iam autem
securis ad radices arborum posita est. Omnis ergo arbor non
faciens fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. 10 Et
interrogauerunt illum turbae et dixerunt quid faciemus. 11 ille
autem dixit illis qui habet duas tunicas communicet cum non
habente et qui habet escas similiter. 12 Uenerunt autem et
publicani baptizari et dixerunt illi magister nos quid faciemus.
13 Ille autem dixit illis nihil amplius egeritis quam quod
praeceptum est uobis 14 interrogabant autem illum et mili-
tes dicentes quid faciemus et nos. Ille autem dixit illis
neminem concusseritis neque calumniaueritis et contenti estote
stipendiis uestris. 15 Cum speraret autem populus et cogita-
rent omnib^{e}us in cordibus suis de iohannen ne forte ipse
esset xps̄. 16 Respondit dicens omnibus iohannes ego quidem
uos baptizo in aquam paenitentiae . uenit autem fortior me
cuius non sum dignus soluere coregiam calciamentorum ipse
uos baptizauit in spū sancto et igni 17 habens bentilabrilem
in manu sua et emundet aream suam et colligat frumentum
in horreo . paleas autem exuret igni inextinguibili. 18 multa
quidem et alia exhortans benenuntiabat ad populum. 19 hero-
des autem correptus ab illo saepe propter erodiadem uxorem
fratris sui et propter omnia quae fecit nequissima 20 adiecit
et hoc super omnia inclusit iohannen in carcerem. 21 Fac-
tum et autem cum baptizaretur populus et ihm̄ baptizato et
orante aperti sunt caeli 22 et discendit sps̄ sanctus corporali
forma quasi columbam in illum et uox de caelo facta est tu
es filius meus dilectus in te bene sensi. 23 et ipse ihs̄ erat
quasi annorum triginta. Sicut putabatur esse filius iosef filius
elii filius matthei 24 fili leui fili melchi fili annae fili ioseph

25 fili natum fili aedi fili naggae 26 fili mattatiae fili semein
fili iosec fili iudae 27 fili ioannae fili sarec fili zorobabel fili
salatiel fili neri 28 fili melchi fili asdi fili caese fili etmadam
fili ier 29 fili iesu fili eliaza^er fili iorim fili matal fili leui
30 fili simeon fili iudeae fili iosefh fili ionam fili eliacim
31 fili enam fili mattatiae fili natam fili dauid 32 fili eseiae
fili obeth fili boos fili salmon fili nassem 33 fili aminadab
fili aram fili irram fili esrom fili phares fili iudae 34 fili
iacob fili isac fili abraham fili iarae fili nacor 35 fili seruth
fili racau fili falec fili eber fili salae 36 fili thamon fili arfaxa
fili seth fili noe fili lameth 37 fili matusalae fili enoc fili
alet fili cainan 38 fili enos fili seth fili adam qui fuit dī.

IV. 1 Ihš autem spū sancto plenus reuersus est ad ior-
danen et ducebatur in spū in eremum 2 per dies quadraginta
temptante eum satana et non manducauit quicquam in illis
diebus et consummatis illis esuriit. 3 Et dixit illi satanas si
filius dī es dic lapidi huic et fiat panis. 4 Et respondit ad
illum ihš dicens scriptum est quia non in pane solo uiuit
homo sed in omni uerbo dī. 5 Et inposuit illum secundo
supra montem et ostendit illi omnia regna orbis terrae in
pucto temporis 6 et dixit ad illum diauolus tibi dabo pote-
statem istorum omnium et claritatem illorum quia mihi tra-
dita est et cui uolo do illa 7 tu ergo si prostratus adoraueris
in conspectu meo erit tua omnes. 8 Et respondens ihš dixit
uado retro satanas scriptum est dnm̄. dm̄ tuum adoraueris et
illi soli seruies. 9 Iterum adduxit illum hierusalem et statuit
in fastigio templi et dixit si filius dī es mitte te hinc deor-
sum 10 scriptum est enim quia angelis suis mandauit de te
ut te conseruent 11 quia in manibus te ferent ne forte
offendas ad lapidem pedem tuum. 12 Et respondit et dixit
illi ihš scriptum est non temptauis dnm̄ dm̄ tuum. 13 Et
cum perfecisset omnem temptationem diabolus discessit ab eo
usque ad tempus. 14 Et reuersus est ihš in uirtute spš in
galilaeam et fama exiuit per totam circumadiacentem regionem
de eo. 15 et docebat in synagogis eorum et magnificabatur ab
omnibus. 16 Cum uenisset autem in nazara ubi fuit nutritus
introiuit sabbato in synagogam et surrexit legere. 17 et por-
rectus est illi liber esseie profetae et cum reuoluissit librum
inuenit ubi erat scriptum 18 spš dnī super me propter quod
unxit me benenuntiare pauperibus misit me 19 praedicare
captiuis remissionem et caecis uisum restituere dimittere quas-
satos in requiem praedicare annum dnī acceptabilem et diem
retributionis. 20 Et cum plicuissit librum reddidit ministro
deinde sedit et omnium qui in synagoga erant oculi erant
intenti in illum. 21 coepit autem dicere ad illos quia hodie
adimpleta est scriptura ista in auribus uestris. 22 et cum

uiderent testimonium illis reddebat et admirati sunt super
sermonem gratiae quae procedebant de corde eius et dicebant
nonne filius ioseph est iste. 23 Et ait ad illos utique dicites
mihi similitudinem istam medice cura te ipsum quanta
audiuimus facta capharnaum fac et hic in patriam tuam.
24 Ille autem dixit illis. 25 amen dico uobis quia multae
uiduae fuerunt in diebus heliae in isdrahel quando conclusum
est caelum annis tribus et mensibus sex quomodo facta est
famis in omnem terram 26 et ad nullam illarum missus est
elias nisi in sarepta sidonae ad mulierem uiduam 27 et
multi leprosi erant in isdrahel tempore elie profetae et nemo
ex eis emundatus est nisi neman syrus. 28 illi autem impleti
sunt ira cum haec audissent in synagogam 29 exsurrexerunt
et expulerunt illum extra ciuitatem et adduxerunt illum usque
ad supercilium montis super quem ciuitas aedificata erat illo-
rum ut praecipitarent illum. 30 Ipse autem per medios illos
ueniens ambulabat 31 et discendit capharnaum in ciuitatem
galileae et docebat illos sabbatis 32 et admirabantur super
doctrinam eius quia in potestate erat sermo eius. 33 Erat
autem in synagoga homo habens daemonium immundum et
exclamauit uoce magna 34 dicens quid nobis et tibi ihm̄
nazorene uenisti ante tempus perdere nos . scio te quis es
tu sanctus dī. 35 et corripuit illum ihs̄ dicens ommutesce
et exi ab illo et cum deiecissit eum daemonium in medium
exiuit ab illo et nihil eum nocuit 36 et facta est admiratio
super omnes et conloquebantur apud seme[ti]psos dicentes quid
est iste sermo quoniam in potestate et uirtute imperat spiri-
tibus immundis et eiciuntur. 37 Cum prodiret autem facta est
fama de eo in omnem locum regionis andreae. 38 Socrus
autem simonis tenebatur febre magna et rogauerunt illum
pro ea 39 et astitit super illam et corripuit febrem et de-
misit illam febris continuo et surgens ministrabat illi 40 cum
occidisset autem sol omnes quodquod habebant languentes in-
firmitatibus uariis adduxerunt eos ad illum ille autem unicui-
que eorum manus inponens curabat eos. 41 exiebant autem et
daemonia a multis clamantia et dicentia tu es filius dī et corripi-
ens ea non patiebantur loqui quoniam sciebant xpm̄ illum esse.
42 Cum factus autem esset dies exiit et abiit in dersertum
locum et turbae multae inquirebant eum et uenerunt usque ad
illum et detinebant eum ne discederet ab his. 43 Ille autem
dixit ad illos oportet me et in alias ciuitates benenuntiare
regnum dī in hoc enim sum missus 44 et praedicabat in
synagogis galileae.

V. 1 Factum est autem in eo dum turbae inruerent
super eum ut audirent uerbum dī . cum staret ipse ad stag-
num genesaret 2 uidit naues duas stantes ad stagnum et

piscatores retia lauabant 3 et ascendit in nauem quae fuit
simonis et desiderauit ab eo ut exaltaretur a terra aliquan-
tulum et sedens in naui docebat populos 4 cum cessaret
autem loquendo dixit ad simonem recede in altum et sum-
mitte retia uestra ad piscandum. 5 simon autem dixit praeceptor
per totam noctem lauorauimus et nihil profecimus . super
uerbo autem tuo non intermittimus 6 et continuo miserunt
retia et concluserunt piscium multitudinem ut retia dirumpe-
retur eorum 7 et annuebant sociis qui in alia naui erant
ut uenirent et adiuuarent illos cum uenissent itaque imple-
uerunt ambas naues . ita ut pene mergerentur. 8 Simon
autem cum uidisset concidit ad pedes eius dicens ad ihm̄
oro te exi a me quoniam homo peccator sum 9 stupor enim
habebat illum et omnes qui cum illo erant in miratione super
capturam istam piscium quam ceperat 10 similiter fuerunt
socii iacobus et iohannes fili zebedei. Qui ait ad simonem
ihs̄ nolite esse piscatores piscium faciam enim uos piscatores
hominum 11 illi autem cum audissent omnia dimiserunt
super terram et secuti sunt eum. 12 Factum est autem cum
esset in una ex ciuitatibus et ecce illic uir plenus lebra cum
uidisset autem ihm̄ caecidit in faciem suam dicens dnē si
uolueris potes me emun 13 et extendit manum et tetigit
illum dicens uolo emundare et continuo emundatus est 14 et
praecepit illi dicens nemini dixeris sed uade et ostende te
sacerdoti et offert illi pro emundatione tua quod praecepit
moyses ut in testimonio sit illis. 15 Diuulgabatur autem
magis deo sermone et conueniebant turbae multae audire et
curari ab infirmitatibus suis 16 ipse autem recedens in soli-
tudine orabat. 17 Et factum est in una die ipso loquente
conuenire pharisaeos et legis doctores . erant autem adueni-
entes de omni castello galileae et iudeae et hierusalem et
uirtus erat dnī ut curaret eos. 18 Et ecce homines ferentes
in lecto hominem qui erat paralyticus et quaerebant inferre
eum et deponere in conspectu eius. 19 et cum non inuenis-
sent qua eum inferrent propter turbas ascenderunt in tectum
et per teculatum deposuerunt illum in medio cum grabattum
ante ihm̄. 20 Ille autem cum uidisset fidem illorum dixit illi
homini dimitentur tibi peccata tua. 21 Et coeperunt cogitare
scribae et phrisaei dicentes qui est hic qui loquitur blasphe-
mia quis potest peccata dismittere nisi solus ds̄. 22 Ubi
cognouit autem ihs̄ cogitationes eorum respondens dixit ad
eos quid cogitatis mala in cordibus uestris 23 quid est faci-
lius dicere mittuntur tibi pecca aut dicere surge et ambula
24 ut autem sciatis quoniam potestatem habet filius hominis
in terram dismittere peccata . ait paralytico surge et uade
in domum tuam 25 et continuo surrexit in conspectu eorum

et tulit grabattum suum et abiit in domum suam clarificans
dm̄ 26 et impleti sunt timore dicentes quoniam uidimus
praeclara hodie. 27 Postea autem exiuit et uidit publicanum
nomine leuin sedentem ad toloneum . cui dixit sequere me
28 et dismissis omnibus surrexit et secutus illum 29 et fecit
epulum magnum in domo sua et erat turba magna publica-
norum et aliorum recumbentium. 30 Pharisaei autem et
scribae mormurauerunt ad discentes eius dicentes quare cum
publicanis et peccatoribus manducat et uibit. 31 Ihs̄ autem
respondit et dixit ad illos non opus est sanis medico sed male
habentibus 32 non ueni uocare iustos sed peccatores in paeni-
tentiam. 33 Illi autem dixerunt ad illum quare discipuli
iohannis ieiunant frequenter et orationes faciunt similiter et
pharisaeorum . tui autem discentes nihil horum faciunt.
34 Ille autem dixit ad illos non possunt fili sponsi quamdiu
habent sponsum secum ieiunare. 35 uenient autem dies cum
auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabunt in illis diebus
36 Dicebat autem similitudinem ad eos quoniam nemo con-
missuram a uestimento nouo addit in uestimentum uetus . si
quominus et nouum conscindet et ueteri non conueniet addi-
tamentum quod est a nouo. 37 Et nemo mittit uinum nouum
in utres ueteres si quominus rumpet uinum nouum utres et
uinum periet et utres 38 sed mittunt uinum nouum in utres
nouos et ambo serbantur.

VI. 1 Et sabbato mane factum est ut perambularent
per segetem . discentes autem illius uellebant spicas et con-
fricantes illas manibus suis manducabant. 2 Pharisaei autem
dicebant quid facietes sabbatis quod non licet. 3 Et respon-
dens dixit ad illos nec hoc legistis quod fecit dauid quando
esuriuit ipse et qui cum eo erant 4 quomodo introiuit in
domum dī et panes propositionis accepit et manducauit et
eis qui secum erant dedit quos non licebat manducare nisi
solis sacerdotibus. 5 Et dicit illis quia dns̄ est filius hominis
et sabbati ipsius. 6 Et factum est in alio sabbato cum in-
troisset in synagogam docere erat autem illic homo manum
habens aridam 7 obseruabant autem scribae et pharisaei si
sabbato curaret ut inuenirent et accusarent illum. 8 ipse
autem sciebat cogitationes illorum et dicit illi homini surge
sta in medium et surrexit et stetit in medium. 9 Dixit au-
tem ihs̄ ad illos interrogo uos si licet sabbato benefacere aut
malefacere animam saluare aut occidere. 10 et circumin-
spexit illos omnes et uidit et uiliabundus dixit illi homini
extende manum tuam et extendit et restituta est manus eius.
11 Illi autem impleti sunt ira et colloquebantur ad inuicem
quidnam illi facerent. 12 Factum est autem in illis diebus
exire illum in montem orare et erat pernoctans in oratione dī.

13 Et cum factus esset dies uocauit discipulos suos et elegit
ex eis XII . quos et apostolos nominauit 14 simonem quem
cognominauit petrum et andream fratrem eius . iacobum io-
annem . philippum bartolomeum. 15 mattheum thomam ia-
cobum alphei et simonem qui uocabatur zelotes. 16 iudam
iacobi et iuda scarioth qui tradidit illum. 17 et discendit
cum illis et stetit in loco canpestri et turba discentium eius
et multitudo magna populi de tota iudea et hierusalem et de
transmarinis tyro et sidone et aliorum ciuitatium 18 qui
uenerunt audire illum et curari a languoribus suis et qui
uexabuntur ab spiritibus immundis curabantur 19 et omnes
turba quaerebant tangere illum uirtus enim ab eo proficisce-
batur et curabat omnes. 20 et leuauit oculos ad discentes
suos et dixit. Beati egeni quia uestrum est regnum dī.
21 Beati qui nunc esuriunt et sitiunt iustitiam quoniam
ipsi satiabuntur. Beati qui nunc plorant quoniam ridebunt.
22 Beati eritis cum oderint uos homines et quando segrega-
uerint uos et maledixerint et expellent nomen uestrum quasi
malum propter filium hominis 23 gaudete in illum diem et
exultate . ecce enim merces uestra in caelis est per eadem
enim faciebant profetis patres illorum. 24 Uerum uae uobis
diuitibus quoniam consecuti estis postulationem uestram.
25 Uae uobis saturati quoniam esurietis. Uae uobis qui nunc
ridetis quia plangetis et plorabitis. 26 Uae cum uobis bene-
dixerint omnes homines per eadem faciebant pseudoprofetis
patres eorum. 27 sed uobis qui nunc auditis dico diligite
inimicos uestros benefacite eis qui uos oderunt 28 benedicite
maledicentes uos orate pro eis qui uobis iniuriam faciunt
29 et qui te percusserit in maxillam praebe ei et alteram .
et ei qui a te auferet palleum tuum remitte tunicam 30 omni
autem qui petit da et ab eo qui auferet tua noli deposcere.
31 et quomodo uultis ut [uobis] faciant homines uos illis facite.
32 nam si diligites qui uos diligunt quae est uobis gratia .
et peccatores enim diligunt eos qui se diligunt 33 quae est
uobis gratia nam et peccatores id ipsud faciunt. 34 sed si
feneraueritis eis a quibus speratis recipere quae uobis gratia .
et peccatores enim peccatoribus fenerant ut recipiant. 35 ue-
rum dico diligite inimicos uestros et benefacite his et fenerate
nihil disperantes et erit mercis uestra magna . et eritis fili
altissimi dī quoniam ipse benignus est super ingratos et nequas.
36 estote misericordes sicut et pater uester misericors est.
37 nolite iudicare ne iudicetur de uobis . nolite condemnare
ne condemnemini dimittite et dimittitur uobis. 38 date et
dauitur uobis mensura bona commota superfundens dabitur
in sinos uestros qua en[i]m mensura mensuraueritis eadem et
metietur uobis. 39 Et similitudinem dicebat illis numquid

potest caecus caecum deducere nonne ambo in foueam cadunt.
40 Non est disces super magistrum . perfectus autem omnes
erits sicut magister eius 41 qui autem uides stipulam quae
est in oculo fratris tui trauem autem in oculo tuo non uidis
42 quomodo potes dicere fratri tuo sine eiciam stipulam de oculo
tuo et ecce in oculo tuo trabis est ypocrite ecice primum
trabem de oculo tuo et tunc uidebis eicere stipulam de oculo
fratris tui. 43 non est enim arbor bona faciens fructos malos .
neque arbor mala faciens fructos bonos. 44 unaqueque arbor
a fructos suos cognoscitur de spinis enim ficus non leguntur
neque de rubo uendeamiantur ubae. 45 Bonus homo de bono
thensauro cordis sui proferet bona et malus homo de malo
thensauro cordis sui malum proferet . de abundantia cordis
loquitur malum. 46 quid autem me uocatis dnē dnē et non
facitis quod dico. 47 Omnis qui uenit ad me et audit uerba
mea et facit illa ostendam uobis cui sit similis. 47 similis
est homiui aedificanti domum qui fodit et exaltauit et posuit
fundamentum super petram inundatio[ne] facta impegit fluuius
in domum illam et non potuit illam mouere fundata est enim
super petram. 49 Qui autem audit et non facit similis est
homini aedificanti domum super harenam sine fundamento
impegit fluuius et continuo concidit . et facta est ruina domus
illius magna.
VII. 1 Cum autem perfecisset uerba quae loquebatur
ad populum introiuit capharnaum 2 et seruus centuriones
moriturus erat qui erat illi carus. 3 et cum audisset de ihm̄
misit maiores natu iudaeorum rogans illum ut ueniret et
liberaret seruum eius. 4 illi autem cum aduenissent rogabant
ihm̄ instanter dicentes quia dignus est cui praestes istut.
5 diligit enim gentem nostram et synagogam ipse aedificauit
nobis. 6 Abiit itaque cum illis ihs̄ et cum iam non longe
esset a domo misit ad illum amicos centurio dicens illi dnē
noli te uexare non enim sum dignus ut sub tectum meum
introeas 7 sed dic uerbo et curabitur puer meus. 8 nam et
ego homo sum sub potestate constitus habens sub me milites
et dico huic uade et uadit et ali ueni et uenit et seruo meo
fac hoc et facit. 9 Cum audisset autem ista ihs̄ admiratus
est et conuersus dixit sequenti se turbae. Amen dico uobis non
inueni talem fidem in isdrahel 10 et reuersi domum illi qui
missi erant inuenerunt seruum saluum. 11 Et sequenti die
ibat in ciuitate quae uocatur capharnaum et comitabantur
cum illo discentes illius et turba magna. 12 Factum est
autem cum adpropinquaret porta ciuitatis . et ecce ferebatur
mortuus filius unicus matris suae quae erat uidua et multa
turba consequabatur illam. 13 Cum uidisset autem illam
dns̄ commotus est super eam et dixit illi noli flere 14 et

accessit et tetigit loculum funeris . illi autem qui portabant
steterunt et dixit iuuenis tibi dico surge 15 et sedit ille mor-
tuus et coepit loqui ad matrem suam. 16 Inuasit autem
omnes timor et clarificabant dm̄ dicentes quia profeta magnus
surrexit in nobis et quia uisitauit dš plebem suam in bonum
17 et exiuit iste sermo in tota iudea 18 ea dō in quibus ad-
nuntiauerunt ad iohannem baptistam. 19 qui etiam conuocatis
quibusdam de discentibus suis . dixit . euntes inquirite dicentes
tu es tu es qui uenis aut alium expectamus. 20 et cum ad-
uenisset ad eum illi uiri dixerunt iohannis baptista misit nos
ad te dicens tu es qui uenis aut alium expectamus 21 In
illa autem hora multos curauit a languoribus et flagellis et
malis spiritibus et caecos faciebat uidere 22 Et respondens
dixit illis euntes renuntiate iohanni quae uiderunt oculi uestri
et audierunt aures uestrae quia caeci uident et clodi ambulant
et lebrosi emundantur mortui resurgunt surdi audiunt et egenis
benenuntiatur 23 et beatus erit quicumque non scandalizatus
fuerit in me. 24 Et cum discessissent nuntii coepit dicere
ad turbas de iohannem quid existis in deserta uidere harun-
dinem uento agitari. 25 sed quid existis uidere hominem
mollibus uestitum ecce qui in ueste clara et diliciis sunt in
domo regis sunt. 26 sed quid existis uidere profetam ita
dico uobis et abundantius profetam. 27 De eo enim scriptum
est ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui parauit
uiam tuam ante te. 28 dico autem uobis quia nemo in natis
mulierum maior iohannis baptista est . qui minimus autem in
regno dī maior illo est 29 et omnes turba cum audissent et
publicani iustificauerunt dnm̄ baptizati baptismum iohannes.
30 Pharisaei autem et legis doctores consilium dī reproba-
uerunt in se quod non sint baptizati. 31 Cui ergo similiabo
hominem saeculi huius et cui similis s^{u}int 32 adsimilabo
illos pueris qui in f°iro sunt et adclamant ad inuicem dicentes
tiuiam contauimus uobis et non saltastes planximus et non
lamentastis 33 uenit enim iohannes baptista neque mandu-
cans neque bibens et dicites daemonium habet. 34 uenit
filius hominis manducans et bibens et dicites ecce homo
uorax et uinarius amicus publicanorum et peccatorum 35 et
iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. 36 Rogauit
autem illum quidam ex pharisaeis ut manducaret cum illo
et cum introisset domum pharisaei recubuit 37 et ecce mulier
in ciuitate quae erat peccatrix postquam cognouit quoniam
in domo pharisaei recumbit adtulit uas unguenti 38 et stetit
retro ad pedes eius flens et lacrimis suis lababat pedes eius
et unguebat unguento. 39 Cum uideret autem pharisaeus
aput quem recumbebat . dixit apud semetipsum hic si esset
profeta cognouisset quae mulier et quales est quae eum tanget

quoniam peccatrix est. 40 Et respondit ihs ad petrum dixit
illi simon habeo tibi dicere aliquid . illi autem ait magister
dic. 41 Et ihs ait duo debitores erant cuidam feneratori . et
unus quidem debebat denarios quingentos alius autem quin-
quaginta. 42 et cum non haberent unde soluerent ambobus
donauit quis eorum eum plus amat. 43 Respondit simon et
dixit illi puto cui plus donauit . ille autem dixit recte iudi-
casti. 44 et conuersus ad mulierem dixit ad simonem uides
istam mulierem plorantem introiui in domum tuam et aquam
mihi ad pedes non dedisti haec autem lacrimis suis lauit mihi
pedes et capillis suis extersit 45 osculum mihi non dedisti
haec autem ex quo introiuit non intermisit pedes meos oscu-
lando 46 oleo pedes meos non unxisti haec autem unguento
unxit. 47 Propter . quod dico tibi remittentur illi peccata
cui autem pusillum dimittuntur diligit modicum. 48 Dixit
autem ad illam mulierem remissa sunt tibi peccata. 49 et
coeperunt conrecumbentes dicere apud se ipsos quis est hic
qui et peccata demittet. 50 Dixit autem ihs ad mulierem
fides tua te salbauit ambula in pace.

VIII. 1 Et factum est in sequenti perambulabat per
ciuitates et castella praedicans et benenuntians regnum dī .
et illi duodecim cum illo 2 et mulieres quaedam quae erant
curatae ab spiritibus malis . et infirmitatibus . maria quae
uocabatur magdalene ex qua exierant daemonia septe. 3 et
iohanna uxor cusae procuratoris herodis et susannae et aliae
multae quae eis ministrabant de facultatibus suis. 4 Cum
uenisset autem turba magna . et hii qui de ciuitatibus ad-
uenerant ad eum. Dixit similitudinem talem 5 ecce exiuit
seminans seminare semen suum et in seminando aliud caeci-
dit ad uiam et conculcatum est et uolucres consumpserunt
illud. 6 et aliut in petram . et cum fructificasset aruit .
propterea quod non haberet humorem 7 et aliut in medio
spinarum et simul natae sunt spinae et suffocauerunt illud.
7 et aliut caecidit in terram bonam et optimam et fructifica-
uit et fecit fructum centuplum. Haec dicens clamabat qui
habet aures audiendi audiat. 9 Interrogabant autem illum
discentes eius quae esset similitudo ista. 10 Ille autem dixit
illis uobis datum est cognoscere sacramentum regni dī . ceteris
autem non est datum nisi in similitudinem ut uidentes non
uideant et audientes non intellegant. 11 Est autem similitudo
haec semen est uerbum dī 12 quod autem ad uiam semina-
tum est hii sunt qui audiunt uerbum uenit autem diabolus .
et tollit de cordibus eorum ne credentes saluentur. 13 quod
autem super petram qui cum audierunt cum gaudio percipiunt
uerbum et radicem non habent . illi ad oram credunt et in
die temptatioonis recedunt 14 quod autem in spinis caecidit

hii sunt qui audierunt et per sollicitudinis diuitiarum et
uoluntates uitae suffocantur et non fecundantur. 15 quod
autem in bonam terram qui in corde bono audiunt uerbum
et tenent et fructum adferent per patientiam. 16 Nemo lucer-
nam accendit et operit illam . neque sub lecto ponit illam
sed super candelabrum ut omnibus luceat. 17 nihil est enim
absconsum quod non manifestabitur . neque celatum quod non
cognoscatur et in mediam ueniat. 18 uidete ergo quomodo
audistis qui enim habet dabitur illi et qui non habet aufere-
tur ab eo quod uidetur habere. 19 Aduenerunt autem ad eum
mater eius et fratres et non poterant adire ad eum per turbas
20 et nuntiatum est illi quia mater eius et fratres foris stant
uolentes teum uidere. 21 Ille autem respondit et dixit illis
mater mea et fratres mei hii sunt qui uerbum dī audiunt et
faciunt. 22 Factum est autem in una ex diebus ut ascende-
rent in nauem et discentes eius. Et dixit ad illos transfre-
temus contra hoc stagnum 23 et cum nauigaret obdormiit et
descendit procella uenti et periclitabantur. 24 accesserunt
autem et excitauerunt eum discentes dicentes magister perimus.
Ille autem surrexit et corripuit uentum et inundationem
aquae et cessauerunt et facta est malacia. 25 Dixit autem
illis ihs̄ ubi est fides uestra et timuerunt et admirabantur ad
inuicem dicentes quisnam est [hic] quod et uentis imperat et
aquae obaudiunt illi. 26 Et accesserunt in regionem geraseno-
rum quae est contra galilaeam. 27 et cum exisset ad terram
o[c]rcurrit illi uir quidam de ciuitatem qui habuit daemonia
temporibus conpluribus qui uestimentum non uestibatur et in
domo non manebat sed in monumentis. 28 Cum uidisset
autem ihs̄ exclamauit uoce magna et prostratus est dicens quid
mihi et tibi fili dī altissimi . oro te ne me torqueas. 29 dice-
bat enim daemonio immundo exi ab hominem multis enim
temporibus inuaserat illum alligabatur enim catenis et com-
pedibus detinebatur . et dirumpebat uincula agitabatur enim
daemonio in loca deserta. 30 Interrogauit autem ihs̄ quod
tibi no — — — — 48 — — de in pace 49 adhuc loquente
eo uenit quidam princeps synagogae dicens dnē ueni ut filia
mea salues . loquente eo uenit puer principis dicens quia
mortua est filia tua noli uexare illum. 50 Ihs̄ autem audiens
sermonem dixit patri puellae noli timere tantum crede et
saluabitur. 51 ueniens autem in domum non permisit introire
secum aliquos nisi petrum et iohannem et iacobum et patrem
puellae et matrem. 52 flebant autem omnes et plangebant
illam. Ille autem dixit illis nolite plorare non est mortua
sed dormit 53 et inridebant illum scientes quia mortua est
54 ipse autem tenens manum eius clamauit dicens puella
surge. 54 et reuersus est sps̄ eius et surrexit continuo et

iussit illi dari manducare. 56 admirati sunt autem parentes .
qui autem praecepit illis nemini dicere quod est factum̄.
IX. 1 Conuocans autem duodecim apostolos et dedit
illis uirtutem et potestatem in omni daemonio et languores
curare 2 et misit illos praedicare regnum dī et curare in-
firmos. 3 Et dixit ad illos nihil tuleritis in uiam non uirgam
non petram non calciamenta non panem non pecuniam . non
duas tunicas habueritis 4 et in quacumque domum introieri-
tis illic manete et inde exite 5 et quodquod non reciperint
uos exeuntes de ciuitate illa etiam puluerem uestrum a pedi-
bus uestris excutite in testimonium super eos. 6 et exeuntes
autem per castella pertransiebant benenuntiantes . et curantes
ubique. 7 Audiuit autem herodes quattuoruir omnia quae facie-
bant et hesitabant propterea quod diceretur 8 a quibusdam quia
iohannis a mortuis resurrexit . a quibusdam autem aparuit .
alii autem quia profeta de antiquis surrexit. 9 Dixit autem
herodes iohannen ego decollaui quis est hic de quo audio
ista . et quaerebat uidere eum 10 et reuersi apostoli narra-
uerunt illi quanta fecerunt et adsumens illos secessit singula-
riter in locum desertum quod appelatur bessaida 11 turbae
autem cognoscentes secutae sunt eum et excipiens eos loque-
batur eis de regno dī et eos qui necessariam habebant curam
curabat 12 iam ubi dies coepit declinare accedentes illi duo-
decim dixerunt illi dimitte turbam ut euntes circa castella
et uillas deuertant aut inueniant sibi escas quia hic in deserto
loco sumus. 13 Dixit autem ad illos date illis uos mandu-
care. Illi autem dixerunt non sunt nobis plus quam quinque
panes et duos pisces nisi si forte euntes nos ememus in om-
nem populum istum escas. 14 erant autem uiri quasi quinque
milia. Dixit autem ad discipulos facite eos recumbere con-
uiuia quasi quinquagenos 15 et fecerunt sic et recumbere
fecerunt omnes. 16 Accipiens autem quinque panes et pisces
duo respiciens ad caelum benedixit eos et confregit et dabat
discipulis suis adponere populo 17 et saturati sunt omnes .
et sublatum est reliqum fracturarum cophini duodecim. 18 Et
factum est cum esset ipse singularis cum illo fuerunt disci-
puli et interrogauit illos dicens quem me dicunt homines esse.
19 Illi autem responderunt iohannen baptistam alii autem
heliam aut unum profetarum. 20 Dixit autem illis uos autem
quem me dicitis esse. Respondens petrus dixit xpm̄ filium
dī. 21 Ille autem increpans illos praecepit nemini dicere
istut. 22 dicens quoniam oportet filium hominis multa pati
et reprobari a senioribus et principibus sacerdotum et scribis
et interficiet et post triduum resurgere. 23 Ait autem ad omnes
si quis uoluerit post me uenire neget se et tollat crucem suam
et sequatur me. 24 qui enim uoluerit animam suam salbare

perdet illam . qui autem perdiderit illam propter me hic salua-
uit illam 25 quid enim prodeest homini si lucrum fecerit
totum mundum . se ipsum autem perdat aut damnum faciat.
26 qui enim confessus fuerit me et meos hunc hominis filium
confitebitur cum uenerit in gloria sua et patris et sanctorum
angelorum. 27 Ueritatem autem dico uobis sunt quidam
eorum qui hic stant qui non gustabunt mortem quoosque
uideant regnum dī. 28 Factum est autem post istos sermones
quasi dies octo et adsumpsit petrum et iohannem et iacobum
et ascendit in montem orare 29 et in orando . facta est figura
uultus ipsius commutata alia et uestitus albus ut nix. 30 et
ecce duo uiri conloquebantur illi . erant autem moysi et
elias 31 uisi in gloriam . dicebant autem exitum eius quem
incipiebat implere. 32 Petrus autem et qui cum eo erant
grauati erant somno cum euigilassent autem uiderunt gloriam
eius et duo uiros cum eo stabant. 33 Factum est cum di-
scederent ab illo dixit petrus ad ihm̄ praeceptor bonum est
nos hic esse et faciamus tria tabernacula unum tibi et unum
moysi et unum heliae non sciens quid diceret. 34 haec au-
tem cum ille diceret facta est nubis adumbrauit illos et timue-
runt in eo cum illi introirent in nubem 35 et uox facta est
de nube dicens hic est filius meus dilectus audite illum 36 et
cum facta esset uox relictus est ihs̄ solus hii autem tacuerunt
et nemini renuntiauerunt in illis diebus quicquam ex his
quae uiderunt. 37 Factum est autem per diem discendenti-
bus illis de monte conuersa est ad illum turba magna 38 et
ecce unus de turbais exclamauit dicens magister oro te adtende
ad filium meum quia unicus mihi est 39 arripit enim illum
sps̄ immundus subito et collidit et dissipat et spumat et con-
fringit illum 40 et postulaui a discipulis tuis ut liuerarent
illum et non potuerunt. 41 Respondit ihs̄ et dixit o generatio
incredibilis usquequo ero apud uos et usquequo uos sustineo
adduc hoc filium tuum. 42 cum accederet autem ille conlisit
illum daemonium et dissipauit. 43 Corripuit autem ihs̄ im-
mundum spm̄ et dismisit illum et reddidit illum patri suo.
44 omnes autem admirabantur super magnificentiam di . omni-
bus autem admirantibus de omnibus quae faciebat. Dixit petrus
dnē quare nos non potuimus eicere illum. Quibus dixit quoniam
hiuiusmodi orationibus et ieiuniis eicitur. Dixit autem et discen-
tibus suis ponite uos in auribus uestris sermones istos . filius
enim hominis incipit tradi in manus hominum. 45 Illi autem
ignorabant uerbum illud . et erat absconsum ab illis ut non sen-
tirent illud . et timebant interrogare de uerbo illo. 46 introiuit
autem cogitatio in illis quisnam esset maior illorum. 47 Ihs̄
autem cum uidisset cogitationes cordis illorum adpraehendit
puerum et statuit ante se 48 et dixit quicumque receperit

puerum istum in nomine meo me recipit . et qui me recipit
recipit eum qui me misit . qui enim minimus fuerit in omni-
bus uobis hic erit magnus. 49 Respondit autem iohannes et
dixit magister uidimus quendam in nomine tuo expellentem
daemonia et uetabamus illum quia non sequitur nobiscum.
50 Dixit autem ihs̄ nolite uetare qui enim non est aduersum
uos pro uobis est . nemo enim est qui non faciat uirtutem
in nomine meo. 51 Factum est autem in eo ut supplerentur
dies adsumptionis eius et ipse faciem suam confirmauit ad
hierusalem 52 et praemisit nuntios ante eos quasi praepara-
rent illi 53 et non receperunt illum quoniam facies eius erat
euntibus in hierusalem. 54 Cum uidissent autem discipuli
iacobus et iohannes dixerunt dnē uis dicimus ut ignis discen-
dat de caelo ad illos et consumat eos. 55 Conuersus autem
corripuit illos et dixit illis nescitis cuius spiritui estis 56 filius
hominis non uenit animas perdere sed saluare et abiit in
alium castellum. 57 Et factum est cum ambularent in uiam
dixit quidam ad illum sequar te quocumque ieris. 58 Dixit
illis ihs̄ uulpes receptacula habent et uolatilia caeli nidos filius
autem hominis non habet ubi capud suum declinet. 59 Dixit
autem ad alterum ut sequeretur se. Ille autem dixit dnē
permitte me primo ire et sepilire patrem meum. 60 Et dixit
illis ihs̄ sine mortui sepelliant mortuos suos . tu autem uade
et adnuntia regnum dī. 61 Dixit autem et alius sequar te
dnē primo autem mihi permitte nuntiare eis qui domo sunt.
62 Ihs̄ autem dixit illi nemo retro adtendens et superponens
manum suam per aratrum aptus est regno dī.

X. 1 Elegit autem et alios LXXII et praemisit binos
ante faciem suam in omnem locum et ciuitatem quocumque
introiturus erat. 2 dicebat autem et ad illos messes multa
et operari autem pauci. Postulate a dnō messis ut operarios
mittat ad messem suam. 3 ite ecce mitto uos ad messem
quomodo agnos in medio luporum. 4 nolite portare saccellum .
non peram non calciamenta et neminem per uiam sul[u]ataue-
ritis. 5 in quacumque autem introieritis domum primum dicite
pax domui huic 6 et si fuerit illic filius pacis requiescet
super eam pax uestra . si quominus ad uos reuertetur 7 in
ipsa domo manete manducantes et bibentes quae ab eis sunt .
dignus est enim operar[i]aus mercedem suam . nolite migrare
de domo in domo 8 et in quacumq(ue) ciuitatem introieritis
et receperint uos manducate quaecumq(ue) uobis adponuntur.
9 et curate eos qui in illam infirmantur et dicite illis ad-
propinquauit aduentus regni dī. 10 in quacumque autem
introieritis ciuitatem et non receperint . exeuntes in pla-
teas eius dicite 11 ecce puluerem qui nobis adhesit de ciui-
tate uestra in pedibus extergimus nobis uerum istut scitote

quoniam adpropinquauit regnum dī. 12 dico uobis quia tolera-
bilius erit sodomis in regno dī quam ciuitati illi. 13 uae tibi
capharnaum et betsaida quoniam si tyrọ et sidone facta essent
uirtutes quae factae sunt in uobis. Olim forte in sacco et in
cinere paeniterent. 14 uerumtamen tyro et sidone tolerabilis
erit quam uobis 15 et tu autem capharnaum nedum usque
in caelum exaltata es usque ad inferos deprimaris. 16 Qui
audit uos me audit . et qui uos spernit me spernit et eum
qui me misit. 17 Redierunt autem LXXII cum gaudio
dicentes dnē et daemonia nobis subiecta sunt in nomine tuo.
18 Dixit autem uidebam satanam quasi fulgor descendentem de
caelo 19 ecce dedi uobis potestatem ut calcetis super serpentes
et super scorpiones et super omnem uirtut inimici nihil uos
noceuit. 20 uerum in isto nolite gaudere quoniam daemoniam
uobis subiecta sunt. Gaudete autem quoniam nomina uestra
scripta sunt in caelo. 21 In illa die exhilaratus est ihs̄ in
sanctọ spū̄ et dixit confiteor tibi dnē pater caeli et terrae qui
abscondisti ista a sapientibus et reuelasti ea paruolis ita pater
quoniam sic placitum factum est coram te. 22 omnia enim
mihi tradita sunt a patre meo et nemo cognoscit quis est
filius nisi pater et quis est pater nisi filius . et quibus uult
filius reuelare. 23 Conuersus autem ad discentes dixit illis
beati oculi qui uident quae uos uidetis et aures quae audiunt.
24 Dico enim uobis quia multi profetae uoluerunt uidere quae
uos uidistis et non uiderunt et audire quae audistis et non
audi^e^runt. 25 Exurrexit autem quidam legis doctor temptans
illum dicens magister quid faciens uitam aeternam heredi-
tabo. 26 Ille autem dixit in lege quid scriptum est quomodo
legis. 27 Ille autem respondit et dixit diliges dm̄ dm̄ tuum
ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex totis uisceribus
tuis et ex tota mente tua et proximum tibi tamquam te
ipsum. 28 Dixit autem illi recte respondisti hoc fac et uibes.
29 Ille autem uolens se iustificare dixit ad ihm̄ et quis est
mihi proximus. 30 Subiciens autem ihs̄ dixit homo quidam
ascendebat ab hierusalem in ierico et incidit in latrones qui
et spoliauerunt illum et uulnerauerunt et demiserunt semi-
ui^u^um. 31 De repente autem sacerdos quidam discendens
per illam uiam cum uidisset illum praeteriuit. 32 similiter
autem et leuitis cum uidisset illum praeteriuit. 33 Samarites
autem quidam iter agens uenit secundum illum et cum uidis-
set illum commotus est 34 et accessit et alligauit uulnera
eius et infundens oleum et uinum et inposuit super suum
iumentum et in stabulum deduxit et curam eius habuit.
35 et altera die protulit denarios duos et dedit stabulario .
et dixit adtende illi et quidquid supererogaueris in redeundo
ego tibi reddam 36 quem ergo putas ex his duobus proximum

illi qui inciderat in latrones. 37 Ille autem dixit qui fecit
misericordiam cum eo . dixit autem illi ihs̄ uade et tu fac
similiter. 38 Factum est autem cum ambularent et ipse in-
troiuit in quendam castellum . mulier autem quedam cui
nomen erat martha excepit illum in domo sua 39 cuius fuit
soror maria quae sedebat ad pedes dnī et audiebat sermones
eius. 40 martha autem auocabatur . circa multum ministerium .
adstitit autem et dixit dnē non pertinet ad te quia soror
mea reliquid me solam ministrare dic ergo illi ut me adiuuet.
41 Respondit autem et dixit illi ihs̄ martha martha 42 maria
bonam partem elegit quae non auferetur ei.

XI. 1 Factum est autem cum esset ipse in loco quo-
dam orans quomodo cessauit dixit quidam ex discentibus
eius ad eum domine doce nos orare sicut et iohannes docuit
discentes suos. 2 Ille autem dixit illis cum orates dicite.
Pater noster qui es in caelis sanctificetur nomen tuum ad-
ueniat regnum tuum fiat uoluntas tua in caelo et in terra
3 panem nostrum cotidianum da nobis hodie 4 et d^{r}emitte
nobis debita et peccata — — — — — 24 — — reuertar
in domum meam unde exiui 25 et cum uenerit inuenit
emundatam et conpositam 26 tunc uadit et adsumit ille
nequa alios septe spiritos nequiores se et introiit et inhabitat
et fiunt nouissima hominis huius deteriora prioribus. 27 Fac-
tum est autem cum ista diceret mulier quaedam leuauit uoce de
turbis et dixit illi beatus uenter qui sustulit et mammae qui te
lactauerunt. 28 Ipse autem dixit immo qui audiunt uerbum
dī et custodiunt. 29 et cum turbae colligerentur coepit dicere
generatio ista generatio pessima est . et signum quaerit et
signum non dabitur illi nisi signum ionae profetae 30 sicut
enim fuit ionas in uentre coeti tribus diebus et tribus noctibus .
sic erit filius hominis in cor terrae. 31 regina austri resurget
in iudicio cum uiris generationis huius et condemnauit illos
quia uenit a finibus terrae audire sapientiam solomonis . et
ecce plus solomone hic 32 uiri ninaeuitae resurgent in iu-
dicio cum ista generatione et demnabunt illam quia ipsi paeni-
tentiam gesserunt in praedicationem ionae et ecce plus iona
hic est. 33 Nemo lucernam accendit et ponit sub absconso
neque sub modio sed super candelabrum ut introeuntes lumen
uideant. 34 lucerna enim corporis tui est oculus tuus . si fuerit
oculus tuus simplex et totum corpus tuum lucidum erit .
cum autem excaecatum fuerit et corpus tuum tenebrosum est.
35 si ergo lumen quod est in te tenebrae sunt tenebrae tuae
quantae sunt. 37 Et cum loqueretur haec petit ab eo phari-
saeus quidam ut pranderet aput ipsum . abiit autem et recu-
buit 38 pharisaeus autem coepit apud se reputans dicere
quare non primo baptizauit ante prandium. 39 Dixit autem

ihs̄ ad illum . nunc uos pharisaei prius quod est a foris
calicis et catini commundatis quod autem intrinsecus est
uobis plenum est rapinae et niquitiae. 40 stulti nonne qui
fecit quod est intus fecit et quod foris est. 41 uerum datae
et ecce uobis munda omnia. 42 Sed uae uobis pharisaei quia
decimatis mentam et anetum et omnem olus et transitis iudicium
et dilectum dī haec enim oportebat facere et illa non praeter-
mittere. 43 Uae uobis pharisaei quia diligitis primas sessiones
in synagogis et salutationes in foro. 44 Uae uobis quoniam
estis monumenta quae non parent et homines ambulantes
super illa nesciunt. 45 Respondens autem quidam ex legis
doctoribus . dicit illi magister haec dicens nobis iniuriam
facis. 46 Ille autem dixit et uobis legis doctoribus uae quia
honerastis hominis honeribus grauibus . et ipsi uno ex digitis
non tangitis ipsas sarcinas. 47 Uae uobis quia aedificatis
monumenta profetarum . patres autem uestri eos occiderunt
48 nempe consentitis non placere uobis facta patrum uestro-
rum .quia ipsi eos occiderunt . uos autem gloriamini 49 prop-
terea et sapientia dī dixit mittam in illos profetas et apostolos
et ex ipsos occident et persequentur 50 ut exquiratur sangues
omnium profetarum qui effusus est a mundi constitutionem.
51 a sanguine abel iusti usque ad sanguinem zachariae qui
periit inter altare et templum . ita dico uobis quia inquitur
saeculo isto. 52 Uae uobis legis doctoribus quoniam abscon-
ditis clauem scientiae uos non introitis et introeuntes uetastes
introire. 53 Cum haec autem diceret ad eos in conspectu
totius populi coeperunt pharisaei et legis doctores grauiter
habere et conferre illi de pluribus 54 quaerentes occansio-
nem aliquam inuenire ut eum accusarent.

XII. 1 cum multa autem turba circumdedissit eum
undique ut inuicem se conculcarent coepit dicere ad disci-
pulos suos adtendite uobis a fermento quae est fictio phari-
saeorum 2 nihil autem tectum est quod non retegatur et
absconditum quod non cognoscatur. 3 propter quod quae-
cumque in tenebris locuti estis in luce audientur . et quod
in aure locuti estis in promptuariis praedicabitur super tecta
et in plateis. 4 Dico autem uobis amicis meis nolite metuere
ab eis qui occident corpus et postea non habet amplius aliquid
facere. 5 Ostendam autem uobis quem metuatis . metuite
eum qui posteaquam occidit habet potestatem mittere in
gehennam ita dico uobis hunc timete. 6 Nonne quinque
passeres ueniunt dipundio et unus ex ilis non est in oblibione
in conspectu dnī. 7 sed et capilli capitis uestri omnes nume-
rati sunt nolite itaque timere multis passeribus plures estis
uos. 8 Dico autem uobis omnes qui me confessus fuerit
coram hominibus et filius hominis confitebitur illum coram

angelis dī 19 et omnes qui dixerit sermonem in filium homi-
nis remittitur illi . qui autem dixerit in spū sancto tunc non
remittitur illi neque in isto saeculo neque in futuro. 11 Cum
autem inducent uos in synagogas et ad magistratus et ad
potestates . nolite solliciti esse quomodo excusetis aut loqua-
mini 12 spš enim sanctus docet uos in ipsa hora quae opor-
teat dicere. 13 Dixit autem illi quidam de turba magister
dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem. 14 Ille autem
dixit illi homo quis es . quis enim me constituit iudicem
aut diuisorem inter uos. 15 Dixit autem ad illos uidete et
cauete ab omni cupiditate quia non in abundantia alicui uita
ipsius est ex his quae habet. 16 Dixit autem similitudinem
ad illos dicens . hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ad-
tulit possessio 17 et cogitauit apud se dicens quid faciam
quoniam non habeo quo colligam fructus meus 18 et dixit
hoc faciam destruam aphotecas meas et faciam illas maiores
et ibi colligam omnis fructus meus 19 et dicam animae meae
habes multa bona iucundare. 20 Dixit autem illi dš stulte
hoc nocte anima tua auferetur a te quae ergo oparasti cuius
erunt. 21 Sic est qui sibi thesaurizat et non est in dm̄ diues.
22 Dixit autem ad discentes propter hoc uobis dico nolite
solliciti esse animae uestrae quid manducetis . neque corpori
quid uestiamini. 23 anima enim plus est cibo et corbus quam
uestimentum. 24 aspicite uolatilia caeli quia neque seminant
neque metunt quibus non sunt aphotece et dš pascit illos
nonne uos plures estis uolatilibus 25 quis autem uestrum
sollicitudinem agens potest adicere ad statum aetatis suae
gubitum unum. 26 et de ceteris cogitatis 27 aspicite lilia
agri quomodo crescunt et florescunt . neque laborant . neque
neunt . dico autem uobis quia nec solomon in omni gloria
sua ita amictus est quomodo unus ex istis. 28 si enim faenum
agri quod est hodie et cras in clibanum mittitur dš sic uestit
quanto magis uos modice fidei 29 et uos nolite quaerere quid
manducetis et quid bibatis et solliciti estis 30 haec enim
omnia gentes huius mundi faciunt scit enim pater nester quia
necessaria sunt uobis ista 31 uerum quaerite regnum dī et
haec adicientur uobis. 32 nolite metuere pusillum gregem in
quo bene sensit pater uester dare uobis regnum. 33 res
uestras uendite et date elemosinam . facite uobis sacellus non
ueterescentes thensaurum non deficientem in caelis ubi fur
non accedit neque tinea corrumpit. 34 ubi enim fuerit then-
saurus tuus illic erit et cor tuum. 35 sint lumbi uestri prae-
cincti et lucernae ardentes 36 et uos similis hominibus ex-
pectantibus dnm̄ suum quando uenit ad nuptiias . et cum
uenerit et pulsauerit aperiant illi. 37 beati serui illi quos
adueniens dnš inuenerit uigilantes. Amen dico uobis quoniam

succinget se et recumbere eos faciet et transiet et ministrauit
illis 38 et si uenerit uespertina uigilia et inuenerit sic faciet
quia recumbere eos faciet et ministrauit et si in secunda uel
tertia beati erunt illi. 38 Hoc autem scitote quoniam si
sciret pater familias qua hora fur uenit non sineret perfodiri
parietem suum 40 et uos estote parati quia qua hora non
putatis filius hominis uenit. 41 Dixit autem petrus dnē in
nos dices similitudinem istam aut et ad omnes 42 dixit au-
tem quis est ergo fidelis despensator prudens et bonus quem
constituit dn̄s super familiam ut distribuat cibaria conseruis
suis 43 beatus seruus ille quem adueniens dn̄s inuenerit sic
facientem 44 quia super omnia quae sunt illi constituet
illum 45 si autem dixerit seruus ille in corde suo tardat
dn̄s meus uenire et incipiat percutere pueros et puellas man-
ducans et bibens et inebriatur ueni 46 et dn̄s eius in die
qua non sperat et in hora qua nescit et diuidet illum et
partem illius cum infidelibus ponet 47 ille autem seruus qui
cognoscit uoluntatem dnī sui et non paruerit ad uoluntatem
eius bapulauit multum. 48 qui autem non cognouerit et fece-
rit digna plagis bapulauit paucis . omni autem cui datum
est multum plus petit ab eo et cui et cui commendauerint
multum plus petent ab eo. 49 nescitis quia ignem ueni mit-
tere in terram. 50 baptismum autem habeo baptizari et quo-
modo turbor quoadusque perficiatur 51 putatis quia pacem
uenim facerem non dico uobis sed diuisiones 52 erunt enim
amodo in una in domo diuisi quinque tres in duobus et duo in
tribus 53 diuidentur pater super filium et filius super patrem
suum diuidetur . mulier super filiam et filia super matrem et
socrus super nurum suam et nurus super socrum suam.
54 Dicebat autem et turbis cum uideritis nubem oriri ab
occidentem continuo dicitis quia imber uenit et ita fit 55 et
cum uideritis austrum flantem dicitis quia aestus erit et ita
fit. 56 Hypocrite faciem caeli et terrae scitis probare uerum
tempus istud non probatis. 57 quid autem et a uobis ipsis
non iudicatis id quod iustum est. 58 Quando enim uadis cum
aduersario tuo ad magistratus in uia da opera ut discendas
ab eo ne forte tradat te apud iudicem et iudex tradat pigne-
rario et pignerarius mittit te in custodiam. 59 dico tibi non
exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.

XIII. 1 Aduenerunt autem quidam illo tempore adnun-
tiantes illi de galilaeis quorum sanguem pilatus commiscuit
cum sacrificiis ipsorum. 2 Et respondens dixit illis putatis
quia isti galilaei super omnes galilaeos fuerunt peccatores
quoniam passi sunt haec 3 non dico enim uobis . nisi paeni-
tentiam egeritis omnes sic perietis. 4 aut illi XVIII milia
super quos caecidit turres in siloam et occidit eos . putatis

quia debitores fuerunt super omnes homines qui habitant
hierusalem 5 non dico enim uobis nisi paenitentiam egeritis
omnes sic peritis. 6 Dicebat autem istam similitudinem ar-
borem fici quidam habuit nouellatam in uineam suam et
uenit quaerens fructum in illa 7 et cum non inuenisset dixit
ad cultorem uineae ecce triennium est ex quo uenio quaerens
fructum in ista arbore fici et non inuenio excide illam ut
quid enim et terram intricat. 8 Ille autem respondit et dixit
illi dnē sine illam et hoc anno quoadusque circumfodiam
eam et mittam stercus 9 et si fecerit fructum si quo minus
in futuro excidetur, 10 Erat autem docens in una ex synago-
gis sabbatis 11 et ecce mulier erat spm̄ habens infirmitatis
annis XVIII et erat incurbata quae non poterat erigere
se in totum. 12 Cum uidisset autem illam ihs̄ dixit mulier
liberata es ab infirmitate tua 13 et cum inpossuisset illi
manus continuo erecta est et clarificabat dnm̄. 14 Respon-
dens autem archisynagogus indignans dicebat ad populum
quia sabbato curaret ihs̄ sex dies sunt in quibus oportet
operari . in his ergo uenite et curamini et non die sabbati.
15 Respondit autem ad illosam dns̄ et dixit hypocrite ununus-
quisque uestrum sabbato non soluet uobem suum aut asinum
a praesepio et ducit et adaquat. 16 Hanc autem cum sit
filia habrahae quam alligauerat satanas annis XVIII non opor-
tuit solui a uinculo die sabbatis. 17 et confusi sunt qui ei
aduersabantur . et omnis populus gaudebat in omnibus quae
uidebant praeclara fieri ab illo. 18 Dicebat ergo cui simile est
regnum dī et cui ådsimilabo illud 19 simile est granum
sinapis quod cum accepisset homo misit in hortum suum
creuit et factum est in arborem et uolatilia caeli habitant in
ramis eius. 20 Et iterum dixit illis cui adsimilabo regnum
dī 21 simile est fermento quod cum accepit mulier abscondit
in farinae mensuras quousque fermentetur totum. 22 Et
perambulabat per ciuitates et castella docens et iter faciens
in hierusalem 23 dixit autem quidam illi dnē pauci sunt
saluentur . ille autem dixit illis 24 elaborate introire per
angustum osteum quia dico uobis multi quaerent intrare et
non poterunt 25 ex quo incipiet pater familias surgere et
cludere osteum et incipietis foris stare et pulsare osteum
dicentes dnē aperi nobis et respondens dicet nuobis non noui
uos unde sitis. 26 tunc incipietis dicere manducauimus in
conspectu et bibimus et in plateis nostris docuisti 27 et dicet
uobis numquam uos uidi discedite a me omnes operari ini-
quitatis 28 illic erit fletus oculorum et stridor dentium. Cum
uideritis habraham et isac et iacob et omnes profetas in regno
dī uos autem excludimini foras 29 et uenient ab oriente et
occidente et aquilone et austro et recumbent in reg dī. 30 et

ecce sunt nouissimi qui erant primi . et primi qui erant
nouissimi. 31 In ipsa autem die accesserunt ad eum quidam
pharisaeis dicentes exi et uade quia herodes uult te occidere.
32 Ille autem dixit illis ite et dicite uulpi huic ecce expello
daemonia et curas perficio hodie et cras et tertio die con-
summabor. 33 uerumtamen oportet me hodie et crastino se-
quenti abire quoniam non et possibile profeta perire extra
hierusalem. 34 Hierusalem hierusalem quae interfices profe-
tas et lapidas missus ad te quotiens uolui congregare filios
tuos quomodo gallina pullos suos sub alas et noluistis 35 ecce
remittetur uobis domus uestra dico enim uobis non me uide-
bitis quoadusque dicatis benedictus qui uenit in nomine dī.
XIV. 1 Et factum est cum introiret ipse in domum
cuiusdam ex principibus pharisaeorum in sabbato ad edendum
panem et ipsi erant obseruantes eum. 2 et ecce homo qui-
dam hydropicus erat apud ipsum 3 et respondens dns̄ dixit
ad legis doctores si licet sabbato curare aut non 4 illi autem
tacuerunt. Ille autem adpraehendit illum et curauit et dimi-
sit. 5 et dixit ad illos . cuius uestrum filius aut bus si in
puteum caeciderit die sabbati non continuo extrahit illum in
die sabbati 6 illi autem nihil potuerunt respondere ad ista.
7 Dicebat autem ad eos qui inuitati fuerant similitudinem
notans sibi quomodo primum locum eligebant. 8 Cum inui-
tati fueritis ad nuptias nolite recumbere in locum primum
ne forte honoratior sit uobis inuitatus illo. 9 et ueniat qui
uos et illum inuitauit et dicat tibi da huic locum et tunc
eris cum rubore nouissimum locum tenere. 10 sed cum inui-
tatus fueris in nuptias in nouissimum locum recumbe ut cum
uenerit qui te et illum inuitauit dicat tibi amice ascende
superius . hoc enim erit tibi gloria coram simul discumbenti-
bus 11 quoniam qui se humiliauerit exaltauitur . et qui
exaltat se humiliabitur. 12 Dicebat autem et qui se inuita-
uerat cum facies prandium aut cenam noli inuitare amicos
tuos neque fratres tuos neque uicinos neque diuites et illi
reinuitent te et fiet retributio tibi. 13 sed cum feceris pran-
dium inuita mendicos debiles . caecos clodos. 14 et beatus
eris quoniam non habent retribuere tibi . restituetur autem
tibi in resurrectione iustorum. 15 Cum audisset autem qui-
dam ex conrecumbentibus dixit illi . beatus qui manducauerit
panem in regno dī. 16 Et dixit dns̄ homo quidam fecit ce-
nam et inuitauit multos 17 et misit scruum hora cenae dicere
inuitatis uenite quoniam omnia parata sunt. 18 Coeperunt
singuli excusare et primus dixit uillam emi et necessem habeo
exire et uidere illam rogo te habe me excusatum. 18 et alius
dixit iuga uoum emi quinque et eo probare illa habe me
excusatum. 20 et alius dixit uxorem duxi et non possum

uenire. 21 et uenit seruus et renuntiauit dnō suo et iratus
pater familias dixit seruo illi exi cito in plateas et uicos
ciuitatis . et mendicos et debiles et clodos et caecos perduc
hoc. 22 et seruus dixit factum est quod iussisti . et adhuc
locutus est. 23 et dixit dnš ad seruum exi in uias et saepes
et coge introeuntes impleatur mihi domus. 24 Dico enim
uobis quoniam nemo ex hominibus illis inuitatis gustauit de
cena mea. 25 Comitaba^{n}tur autem cum illum turbae et con-
uersus dixit ad illos. 26 si qui uenit ad me et non odiit
patrem et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores
adhuc et animam suam non potest discens meus esse. 27 et
si non tulerit crucem suam et uenerit post me . non potest esse
meus discipulus. 28 Quis autem ex uobis uolens turrem
aedificare non primo sedet et conputat sumptum si habet ad
consummationem 29 ne forte cum posuerit fundamentum
non possit aedificare . et omnes qui uident incipient dicere
30 hic homo coepit aedificare et non potuit perficere. 31 Aut
qui rex uadens committere ali regi ad bellum non primum
sedet et computat si potens est cum X milia militibus occur-
rere ei qui cum XX milia militibus uenit. 32 ceterum adhuc
longe est mittet rogationem rogans pacem. 33 Sic ergo omnis ex
uobis qui non renuntiat omnibus quae possidet non potest meus
discipulus esse. 34 Bonum est sal sed si sal infatuatum fuerit
in quo condietur 35 neque enim in terram neque in stercore
aptum est sed foras iactant illud qui habet aures audiendi
audiat.

XV. 1 era^{n}t autem adpropinquantes . illi omnes publicani
et peccatores audire eum 2 et murmurabant pharisaei et
scribae dicentes quia hic peccatores suscipit et uescitur cum
illis. 3 Dixit autem ad eos similitudinem istam 4 quis homi-
num ex uobis habiens oues centum et cum perdiderit ex illis
unam non relinquet XCVIIII in solitudine et uadit ad illam
quae perierat quaerens donec inueniat illam. 5 et cum in-
uenerit inponet illam in umeros suos gaudens 6 et cum
uenerit domum conuocans amicos suos et uicinos dicens illis
gratulamini mecum quoniam inuenta est oues mea qua peri-
erat. 7 Dico ergo uobis sic erit gaudium in caelo super
unum peccatorem paenitentiam agentem quam super XCVIIII
iustos quibus non est paenitentia necessaria. 8 Aut quae
mulier habens denarios decem et si perdiderit unum non
accendit lucernam et emundat domum et quaerit diligenter
donec inueniat. 9 et cum inuenerit conuocat amicos et uici-
nos dicens gratulamini mihi quia inueni quem perdideram
denarium. 10 Sic dico uobis gaudium erit in conspectu ange-
lorum dī super unum peccatorem paenitentia agente. 11 Dixit
autem homo quidam habuit duos filios 12 et dixit iunior

patri pater da mihi partem patrimonii mei quae me tangit
et diuisit illis substantiam suam 13 et post non multos dies
congregauit omnia iunior filius et peregrinatus est in regione
longinqua et illic dissipauit omnem substantiam suam uiuens
luxuriosae. 14 et cum consumpsisset omnia facta est famis
ualida in illa regione et ipse coepit indigere uictum 15 et
abiit et adplicuit se uni ex ciuibus regionis illius . et his
misit eum in agro suo ut pasceret porcos. 16 et concupisce-
bat saturari de siliquis quas manducabant porci et nemo illi
dabat. 17 Conuersus autem ad se dixit quanti mercinnari
patris mei abundant panem . ego autem fame hic pereo
18 surgam et ibo ad patrem meum . et dicam illi pater pec-
caui in caelum et in conspectum tuum 19 iam non sum
dignus filius tuus uocari fac me unum quasi ex mercinnariis
tuis 20 et surrexit et abiit ad patrem suum . et cum adhuc
longe abesset uidit illum pater et contristatus est et cucurrit
et superiecit se in collum eius et osculatus est eum. 21 Ille
autem dixit pater peccaui in caelum et in conspectum tuum
iam non sum dignus uocari filius tuus 22 dixit autem pater
ad seruos suos cito proferite stolam primam et date anulum
im manum eius 23 et adducite saginatum illum uitulum et
laniate et manducantes iucundemur 24 quia hic filius meus
mortuus fuerat et reuixit . perierat et inuentus est et coepe-
runt iucundari. 25 Cum maior autem filius eius qui in uilla
erat uenisset et adpropiasset ad domum et audisset simphonia
et choros 26 aduocato ad se uno ex pueris quaerebat quid-
nam esset. 27 Ille autem dixit illi quia frater tuus uenit et
laniauit pater tuus uitulum saginatum quia saluum eum
recepit. 28 iratus est autem et nolebat introire pater autem
eius exiuit et rogabat illum. 29 respondens autem dixit patri
suo ecce tot annis seruio tibi et numquam praeceptum tuum
egressus sum et numquam mihi dedisti hedum ut cum ami-
cis iucundarer 30 filio autem tuo qui comedit omnia tua
cum fornicariis aduenìente laniasti saginatum uitulum. 31 ille
autem dixit illi fili tu mecum es et omnia mea tua sunt.
32 iucundatus sum autem et gauisus sum quia frater tuus hic
mortuus erat et reuixit perierat et inuentus est.

XVI. 1 Dicebat autem ad discipulos homo quidam erat
honestus qui habuit despensatorem et hic diffamatus est apud
illum quasi dissiparet substantiam eius 2 et clamauit illum
et dixit illi quid hoc audio de te redde rationem actus tui .
non enim potes actum administrare. 3 dixit autem sibi actor
ille quid faciam quia dn̄s aufert actum fodere non ualeo
mendicare confundor 4 cogitaui quid faciam ut quando motus
fuero ab actu recipiant me in domos suas. 5 Et conuocauit
singulos debitores dn̄i sui et dicebat ad primum quantum

debes dnō meo. 6 Ille autem dixit centum cados olei dixit
autem accipe chirografum tuum et sede et scribe cito quin-
quaginta. 7 dixit autem altero tu autem quantum debes et
dixit centum choros tritici˙. ait illi accipe cirografum tuum
et scribe octoginta. 8 Dns̄ autem laudauit actorem iniusti-
tiae quoniam prudenter fecit. Dixit autem ad discentes suos
filii saeculi huius prudentiores super filios lucis in saeculum
istut sunt 9 et ego uobis dico facite uobis amicos de momona
iniquitatis ut cum defecerint uobis recipiant uos in aeterna
tabernacula. 10 Qui fidelis est in modico et in multo fidelis
est . et qui in modico iniustus est . et in multo iniustus
est. 11 Si ergo in iniusto mamona fidelis non fuisti quod
uerum est quis crederit uobis. 12 et si in alieno fidelis non
fuistis quod meum est quis dabit uobis. 13 Nemo seruus
potest duobus dominis seruire aut enim unum odit et alterum
diliget . aut uni adherebit et alterum contemnet . non potestes
dō seruire et manonae. 14 Audiebant autem haec omnia
pharisaei qui erant cupidissimi et inridebant eum 15 ille
autem dixit ad illos uos estis qui iustificatis uos in conspectu
hominum ds̄ autem dinoscit corda uestra quia quod excelsum
est in hominibus execratio est ante dm̄ 16 lex et profetae
usq(ue) ad iohannem exinde regnum dī adnuntiatur et omnes
in eum conatur. 17 facilius est autem caelum et terram
transire quam legis unum apicem capere. 18 omnis qui re-
mittit uxorem suam et ducit aliam moecatur. 19 Homo qui-
dam fuit honestus qui induebatur purpuram et byssum et
iucundabatur cottidie splendide. 20 egens autem quidam
nomine eleazarus proiectus erat ad ianuam huius ulceribus
plenus 21 concupiscens saturari ab eis quae cadebant de
mensam diuitis sed et canes ueniebant et ablingebant uulnera
eius. 22 Factum est autem mori inopem illum et tolli ab
angelis in sinus abrahae mortuus est autem et diues ille et
sepultus est in inferno 23 leuans autem oculos suos cum
esset in tormentis . uidet abraham de longinquo et elea^{za}rum
in sinus eius requiescentem 24 exclamauit autem et dixit
pater abraham miserere mei et mitte eleazarum ut intingat
summum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam
quia uror in flamma ista. 25 Abraham autem dixit fili me-
mento quoniam percepisti bona in uita tua . eleazar autem
mala nunc autem hic consolabitur . tu autem ureris. 26 et
super ista omnia inter uos et nos chaus magnus est ut qui
uolunt transgredi ad uos non poss^{u}int . neque inde transire
hoc. 27 Dixit autem rogo te ^{pater} ut mittas in domum patris
mei. 28 habeo enim quinque fratres ut testificetur illis ne
et illi ueniant in hunc locum turmentorum. 29 Dicit illi
habent moysen et profetas audiant illos. 30 ille autem dixit

non pater abraham sed si qui a mortuis abierit ad illos pae-
nitentiam agent. 31 Dixit autem illi si moysen et profetas
non audiunt neque si qui abierit a mortuis persuadebuntur.
XVII. 1 Dixit autem ad discentes inpossibile est scan-
dala non uenire uerum uae illi per quem ueniunt 2 expedit
ut lapis molae circumiectus sit circa collum eius et proiectus
sit in mare quam ut scandalizet unum ex pusillis istis.
3 Adtendite uobis si peccauerit in te frater tuus corripe illum
et si paenitentiam egerit remitte illi 4 et si septies in die
peccauerit in te et septies in die reuersus fuerit ad te dicens
paenitentiam ago remitte illi. 5 Et dixerunt apostoli dnē
adice nobis fidem. 6 Dixit autem illis si habueritis fidem
quasi granum sinapis . dicitis huic arbori modo eradicare et plan-
tare in mare et exaudiet uos. 7 Quis autem uestrum habens
seruum arantem aut pastorem et cum uenerit de agro non
dicit illi continuo transi recumbe 8 sed dicit para quod cene
et accingere et ministra mihi usquedum manducem et bibam .
et postea manducauis et bibes 9 numquid habet gratiam
seruo illi quia fecit quae imperata sunt 10 sic itaque et uos
cum feceritis quae uobis fuerint imperata dicite serui super-
uacui sumus quod debuimus facere fecimus. 11 Et factum
est cum iret hierusalem et ipse retransibat per medium sama-
riae et galileae et iericho. 12 et cum introiret in quendam
castellum ubi fuerunt decem uiri illi leprosi steterunt de
longinquo 13 et clamauerunt uoce magna dicentes ihm̄ prae-
ceptor miserere nostri. 14 Et cum uidisset illos dixit ite et
ostendite uos sacerdotibus . et factum est cum omnes simul
irent purgati sunt. 15 unus autem ex illis cum uideret quia
curatus est rediuit cum uoce magna clarificans dm̄ 16 et
caecidit ad pedes eius in faciem . gratias agens et ipse fuit
samarites. 17 Respondens autem ihs̄ dixit hi decem purgati
sunt 18 et nemo ex eis reuersus est qui daret claritatem dō
nisi alienigena iste. 19 Et dicit illi surge et uade quia fides
tua te saluauit. 20 Interrogatus autem a pharisaeis quando
ueniret regnum deī. Respondit illis non uenit regnum dī
cum obseruatione. 22 neque dicens ecce hic aut illic . ecce
enim regnum dī intra uos est. 22 Dixit autem ad discentes
uenient dies ut concupiscatis unum ex diebus fili hominis
uidere et non uidebitis. 23 et dicent uobis ecce hic ecce
illic ne ieritis ne secuti fueritis. 24 quomodo enim chorus-
catio quae coruscat de caelo in patre quae sub caelum est
sic erit et filius hominis. 25 primum autem oportet multa
pati illum et reprobari saeculo isto. 26 et quomodo factum
est in diebus noe sic erit et in diebus filii hominis 27 man-
ducabant bibebant . nubebant nubebantur in die in qua in-
troiuit noe in archa et factum est diluuium et perdidit omnia.

28 similiter et in lot manducant et bibebant . emebant uende-
bant . nouellabant . aedificabant. 28 qua die exiuit et tota
sodomis pluit ignem de caelo et de eos perdidit. 30 secun-
dum autem haec euenient qua die filius hominis uenerit.
31 illa die qui fuerit in tecto et uasa eius in domo non
descendat tollere illa et in agro similiter non reuertatur retro.
32 memores estote uxoris lot 33 qui quaesierit anima sua
saluare perdet illam . et qui perdiderit eam mei causa uiui-
ficauit illam. 34 Dico autem uobis quia illa nocte erunt duo
in lecto uno sed unus adsumetur et alter relinquetur 35 duae
molentes in uno sed una adsumetur et una relinquetur . duo
in agro unus adsumetur. 36 Et responderunt et dixerunt illi
quo fient dnē. 37 dixit ubi cadauer est illo colliguntur
aquilae.

XVIII. 1 Dicebant autem et similitudinem illis adhuc
quia oportet semper operare et non deficiet 2 dicens hinc.
Iudex quidam erat in ciuitate quadam dm̄ non timens et ho-
minem non reuerebatur. 3 Uidua autem erat in illa ciuitate
et ueniebat ad eum dicens uindica me ab aduersario meo
4 et nolebat longo tempore postea autem dixit apud se si dm̄
nonon timeo neque hominem reuereor 5 uel propter hoc quod
mihi tedium facit uidua uindicabo eam ne usque ad finem
ueniens molestior sit mihi. 6 Dixit autem dn̄s audistis quid
iudex iniustiae dicit. 7 dn̄s autem non facit uindicta electo-
rum suorum qui eum inclamant die et nocte et patiens est
in illis. 8 dico uobis quia faciet iudicium illorum cito .
uerum filius hominis cum uenerit putas inueniet fidem in
terram. 9 Dixit autem ad quosdam qui sibi placebant quia
sunt iniusti et contemnunt ceteros similitudinem istam. 10 Ho-
mines duo ascenderunt in templum ut orarent unus pharisaeus
et unus publicanus. 11 pharisaeus cum stetisset talia intra
se praecabatur ds̄ gratias tibi ago quia non sunt quomodo
ceteri homines iniusti raptores adulteri quomodo publicanus
iste 12 ieiuno bis in sabbato decimas do omnibus quaecum-
quae possideo. 13 Publicanus autem de longinquo stabat et
neque oculos in caelum uolebat leuare sed percutebat pectus
suum dicens ds̄ propitius esto mihi peccatori. 14 dico uobis
discendit hic iustificatus in domum suam magis quam ille
pharisaeus qui se exaltabat quia omnis qui se exaltauerit
humiliatur et qui se humiliat exaltauitur. 15 Offerebant
autem illi et infantes ut eos tangeret cum uidissent autem
discentes corripuerunt eos. 16 Ihs̄ autem conuocans eos dixit
sinite pueros uenire ad me nolite illos prohibere talium enim
est regnum dī. 17 Amen dico uobis quicumque non receperit
regnum dī quasi puer non introiuit in illum. 18 Et inter-
rogauit illum quidam dicens magister bone quid faciam ut

uitam aeternam consequar. 19 Dixit autem illi ihs̄ quid me
dices bonum nemo est bonus nisi unus ds̄ 20 manta nosti
ait illi quae. Dicit illi ne adulterium admiseris ne furtum fece-
ris . ne falsum testimonium dixeris honorifica patrem tuum
et matrem. 21 Ille autem dixit omnia ista obseruaui a iu-
uentute mea. 22 Cum audisset autem ill^{u}am ihs̄ dixit illi
adhuc unum tibi deest omnia quae habes uende et da egenis at
habebis thensaurum in caelis et ueni sequere me. 23 Ille autem
cum audisset contritatus est . fuit enim diues nimis. 24 Cum
uidisset autem illum contristatum dixit ill^{i} ihs̄ quomo diffici-
liter qui substantiam habent in regnum dī introibunt. 25 facilius
est enim camellum per cauernam acus introire quam diuitem
in regnum deī. 26 Dixerunt autem qui audiebant et quis
potest saluari. 27 Ille autem dixit quae inpossibilia sunt
apud homines possibilia apud dm̄ sunt. 28 Dixit autem
petrus ecce nos remisimus omnia nostra et secuti sumus te.
29 Ille autem dixit illis amen dico uobis nemo est qui relinquet
domum aut parentes aut fratres . aut uxore aut filios propter
regnum dĭ 30 nisi ut recipias septies tantum in isto tempore
et in saeculo futuro uitam consequetur aeternam. 31 Sumpsit
autem duodecim et dixit ad illos ecce ascendimus hierusalem
et consummabuntur omnia quae scripta sunt per profetas de
filio hominis 32 quia tradetur nationiobus et deridetur et
sputis agitur 34 et flagellabunt et occident et deteriores ur-
guent. 34 Illi autem nihil horum intellexerunt sed fuit uer-
bum absconsum ab ipsis et non cognoscebant eum. 35 Fac-
tum est autem cum adpropinquaret iericho caecus quidam
mendicus sedebat circa uiam 36 cum audisset autem turbas
transeuntes interrogauit quid esset illud 37 renuntiauerunt
illi quia ihs̄ nazorenus transit. 38 Ille autem exclamauit
dicens ihm̄ fili dauid miserere mei 39 qui praecedebant autem
corripiebant ut taceret . ille autem multo magis clamabat
miserere mei fili dauid. 40 Stetit autem ihs̄ et iussit eum
adduci . et cum accessisset interrogauit illum quid tibi uis
faciam. Ille autem dixit dnē ut uideam. 41 Et respondens
ihs̄ uide fides enim tua salbauit te. 43 et continuo uidit et
sequebatur illum clarificans dm̄ . et omnes populus cum ui-
disset et dedit laudem dō
XIX. 1 et cum introiret pertransiebat iericho 2 et ecce
uir qui uocabatur nomine zaccheus hic fuit princeps publica-
norum diues 3 et quaerebat uidere ihm̄ quis esset et non
poterat per turbas quia statura pussillus fuit 4 praecessit
autem in priore et ascendit in arbore ut uideret illum quia
illic transiturus erat. 5 Et factum est cum transiret ihs̄ re-
spexit et uidit illum et dixit illi festina zacche descendere
quia oportet hodie me in domo tua 6 et festinans descendit

et excepit illum gaudens. 7 et cum uidissent omnes mur-
murabant quia apud hominem peccatorem introiuit hospitari.
8 stetit autem zaccheus et dixit ad ihm̄ ecce dimidium ex
substantia mea do egenis et si quid cui fraudaui quadruplum
reddo. 9 Dixit autem ihs̄ quia salus hodie domui huic facta
est quoniam et ipse filius abrahae est 10 uenit filius hominis
salbare et quaerere quod perierat. 11 Et audientibus illis
haec aiecit et dixit similitudinem eo quod esset iuxta hieru-
salem et putarent illi quia incipit regnum dī adparere. 13 Dixit
homo quidam erat generosus abiit in regionem longinquam
accipere regnum et reuerti. 13 et uocitis autem decem seruis
suis dedit illis decem minas et dixit illis negotiamini dum
uenio. 14 ciues autem eius oderant eum et miserant legatio-
nem post eum dicentes nolimus hunc regnare nobis. 15 Et
factum est reuerenti illum accepto regno et iussit uocari ad
se seruos quibus dederat pecuniam ut sciret quid egerint.
16 et uenit primus dicens dnē mina tua decem adquisiuit
minas 17 ille autem dixit ad illum dicens euge bone serue
quia in modico fuisti fidelis esto potestatem habiens super
decem ciuitatis. 18 et uenit alius et dixit dnē mina tua fecit
quinque minas. 19 Dixit autem et huic esto super quinque
ciuitatis. 20 et alius uenit dicens dnē ecce mina tua quam
habui 21 quia timebam te . homo enim es austerus tollis
quod non posuisti . et metis quod non seminasti. 22 Et dixit
illi ex ore tuo te condemno quoniam ego austerus sum tollo
quod non posui . et meto quod non seminaui 23 quare ergo
non dedisti pecuniam meam nummulariis . et ego ueniens
cum usuris exigissem illud. 24 Et dixit adsistentibus auferite
ab illo et date illi qui decem minas habet. 26 Dico autem
uobis quia omni habenti dabitur ab eo autem qui non habet
auferetur ab eo 27 uerum illos inimicos meos qui me nolunt
regnare super se adducite hoc et coram me interficite. 28 Et
cum dixisset haec ambulabat cum ascenderet autem hierusa-
lem 29 fuit in bethapagae et bethania ad montem olíueti .
et misit duo ex discentibus 30 dicens ite in castellum contra
est . in quo cum introieritis inuenietis asinae pullum alliga-
tum super quem nemo hominum sedit soluite et adducite
illum 31 et si qui uos interrogauerit sic dicetis quia dns̄
desiderat illum. 32 et abierunt et sic inuenerunt stantem.
34 et cum soluerent aiunt dns̄ opus est. 35 et adduxerunt
pullum et superiecerunt uestimenta sua super illum et inpo-
suerunt ihm̄ 36 cum iret autem substernebant illi uestimenta
sua in uia 37 cum adpropinquaret autem ad discensum mon-
tis oliuarum coepit omnis turba discipulorum gaudentes lau-
dare dm̄ uoce magna de omnibus uirtutibus quas uidebant
38 dicentes benedictus rex pax in caelo et gloria in excelsis.

39 quidam autem ex pharisaeis de turbis dixerunt illi magi-
ster corripe discipulos. 40 Et respondens dixit illis si isti
tacebunt lapides clamabunt. 41 Et quomodo adpropinquauit
cum uidisset ciuitatem fleuit super illam dicens 42 quoniam
si cognouisses tu in ista die quae ad pacem tibi absconsa
sunt ab oculis tuis 43 quia uenient dies super te et circum-
fodient inimici tui fossam et circumdabunt te undique 44 et
ad solum te deponent et filios tuos in te et non remittent
lapidem super lapidem in tota terra pro eo quod non cognoueris
tempus uisitationis tuae. 45 Cum uenisset autem in templum
coepit expellere uendentes et ementes et mensas nummulariorum
effundebat et catedras eorum qui uendebant columbas 46 di-
cens scriptum est domus mea domus orationis uocabitur uos
autem fecistis illam speluncam latronum. 47 et fuit docens
cottidie in templo. Pontificis autem sacerdotum et scribae
et principes populi quaerebant eum perdere 48 et non inuenie-
bant quid facerent. populus enim omnis pendebat audiens eum.
XX. 1 Factum est autem in una die docente illo in
templo populum benenuntiantem adsisterunt pontifices et scri-
bae cum maioribus natu. 2 et dixerunt ad illum dic nobis
in qua potestate facis ista et qui est qui dedit uobis istam
potestatem. 3 Respondit autem et dixit ad eos interrogabo
uos et ego dicite mihi 4 baptisma iohannis utrum a dō est
an ab hominibus. 5 Illi autem cogitauerunt apud se dicentes.
si dixerimus de caelo dicit quare ergo non credidistis in eum
6 si dixerimus ab hominibus lapidauit nos populus persuasum
est enim illis iohannem profetam fuisse 7 et responderunt non
scire se unde. 8 Et ihs̄ dixit illis neque ego dico uobis in
qua potestate ista facio. 9 Dicebat autem et similitudinem
talem uineam nouellauit homo et locauit illam agricolis..
ipse autem peregrinatus est temporis multis 10 in tempore
autem misit ad agricolas seruum ut de fructum uineae darent
illi et caeciderunt illum et dimiserunt inanem. 11 et misit
alium seruum illi autem et illum ceciderunt et contumeliis
egerunt et dimiserunt. 12 tertium misit et illum uulnera-
uerunt et expulerunt. 13 Dns̄ autem uinea dixit quid faciam
mittam filium meum unicum fortasse hunc cum uiderint
reuerebuntur. 14 Et cum uidissent filium cogitabant apud se
dicentes hic est heres uenite occidamus illum et nostra sit
hereditas eius 15 et expulerunt eum de uinea et occiderunt
quid ergo faciet dns̄ uineae 16 ueniet et perdet agricolas et
dauit uineam aliis. Illi autem cum audissent dixerunt absit
dnē. 17 ille autem intuens dixit illis quid est ergo quod
scriptum est lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic
factus est in capud anguli. 18 omnis qui caeciderit in illum
lapidem conquassabitur. super quem autem caeciderit com-

mouet illum. 19 et quaesierunt scribae et pontificis inice
illi manus timuerunt autem populum intellexerunt enim
quoniam ad eos dixit similitudinem istam 20 et secesse-
runt et miserunt unum adque alterum qui simularent se
iustos ut repraehenderent uerba eius et traderent illum
legato. 21 et interrogauerunt illum dicentes magister sci-
mus quoniam dices recte et doces et non accipies personas
ed in ueritate dī doces 22 licet nobis dare caesari tributum
aut non. 23 Cum cognouisset autem nequitiam illorum dixit
ad illos 24 ostendite mihi denarium cuius habet imaginem
et superscriptionem. Responderunt et dixerunt caesaris.
25 Ille autem dixit ad illos reddite quae caesaris sunt caesari
et quae sunt dī dō 26 et non potuerunt repraehendere uer-
bum eius in conspectu populi et admirati super responsa eius
tacuerunt. 27 Accesserunt autem quidam de sadducaeis qui
dicunt resurrectionem non esse et interrogauerunt eum 28 di-
centes magister moyses scripsit nobis si cuius frater mortuus
fuerit sine liberis habens uxorem ut accipiat frater eius ux-
orem illam et resuscitet semen fratri suo. 29 septe autem
erant fratres et primus accepta uxore decessit sine liberis 30 si-
militer et secundus 31 et tertius usque ad septimum omnes
non remiserunt filium et mortui sunt 33 in resurrectione
cuius erit uxor septem enim habuerunt illam uxorem. 34 Ille
autem dixit ad illos filii saeculi huius generant et generantur.
35 qui autem dignationem fuerint saeculi illius habituri in
resurrectione a mortuis neque nubentur. 36 neque enim in-
cipient mori . aequalis enim sunt angelis dī . cum sint filii
resurrectionis. 37 resurgere autem mortuos moyses significa-
uit super rubum quando dixerit ei dn̄s d̄s dicens ego sum
d̄s abraham d̄s isac d̄s iacob. 38 d̄s enim non est mortuorum
sed uiuorum . omnes enim illi uiuunt. 39 Responderunt
autem quidam de scribis et dixerunt bene dixisti. 40 et iam
non audebant interrogare illum quicquam. 41 Dixit autem
ad illos quid uobis uidetur de xpō cuius filius est dicunt illi
dauid. 42 Dixit autem ad illos quomodo dauid dicit in libro
psalmornm dixit dn̄s dnō meo sede ad dexteram meam
43 quoadusque ponam inimicos tuos sub pedibus tuis. 44 si
dauid dn̄m illum uocat quomodo filius eius est. 45 Et cum
audiret omnis populus dixit discipulis suis 46 cauete ab
scribis qui uolunt ambulare in stolis et aman salutationis in
foro et praesidere in synagogis et superiores recumbere in
cenis 47 qui comedunt domus uiduarum et occansione longa
adorantes ipsi accipient abuntius iudicium.

XXI. 1 Aspexit autem et uidit eos qui mittebant in
gazophilacium dona sua diuites. 2 Uidit autem et quendam
uiduam pauperem mittentem duo aera minuta 3 et dixit

uere dico · uobis quoniam uidua ista omnibus plus misit in
dona dī. 4 omnes enim isti de eo quod superfuit illis mise-
runt in dona dī . haec autem de inopia sua omne quemcum-
que habuit uictum misit. 5 et cum quidam dicerent de
templo quoniam lapidibus bonis et donis exornatum est.
Dixit 6 haec uidetis uenient dies in quibus non relinquetur
hic lapis super lapidem qui non destruatur. 7 Interrogauerunt
autem illum dicentes magister quando ista fient et quod signum
quando incipient fieri. 8 ille autem dixit uidete ne erretis .
multi enim uenient in nomine meo dicentes quoniam ego
sum xps̄ et multos seducent et tempus adpropinquauit nolite ire
post illos. 9 Cum coeperitis autem uidere bella et turbationis
nolite expauescere oportet enim ista fieri primo sed non
continuo fines. 10 surget enim gens super gentem et regnum
super regnum. 11 terre motus quoquo magni per loca et
fames et lues timores quoque a caelo et signa magna erunt
12 ante haec omnia inicient super uos manus suas et perse-
quentur tradentes in synagog^{a}is et custodias abducentes ad
reges et potestates propter nomen meum. 13 continget autem
uobis in testimonium 14 ponite itaque in cordibus uestris
non prameditari quae respondatis. 15 ego enim dabo uobis .
os et sapientiam cui non poterit coresistere aut contradicere
omnes aduersarii uestri. 16 trademini autem et a parenti-
bus et a fratribus et amicis . et mortificabunt ex uobis 17 et
eritis odibilis omnibus propter nomen meum 18 et capillus
de capite uestro non peribit 19 in uestra patientia possi-
detis animas uestras. 20 Cum uideritis autem circum-
datam ab exitu hierusalem tunc scietis quoniam adpropinuit
desolatio. 21 Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes et
qui in medio eius sunt secedant et qui in regionibus sunt
non introeant in illam 22 quia dies uindictae isti sunt ut
impleantur omnes scripturae. 23 Uae eis quae in uentre
habent et quae mammant in illis diebus erit enim necessitas
magna super terram et ira super populum istum 24 et cadent
in ore gladii et captiui erunt in omnes gentes . et hierusa-
lem erit inculcata a gentibus doneque adimpleantur tempora
gentium 25 et erunt signa in sole et in luna in sideribus et
in terra conclusio gentium in confessione sonitus mares et
inundationes 26 arescentibus hominibus prae timore expecta-
tione eorum superueniunt orbi terrae . uirtutes enim in caelo
mouebuntur. 27 et tunc uidebunt filium hominis uenientem
in nubibus . et potentatu magno et claritates. 28 Cum coepe-
rint autem haec fieri et leuauites capita uestra quoniam ad-
propinquat redemptio uestra. 29 Et dixit similitudinem illis
uidete ab arbore fici et omnibus arboribus 30 cum coeperint
mittere fructus suos agnoscite quoniam aestas est proxima.

31 ita et uos cum uideritis omnia ista fieri scitote quoniam
in proximo est regnum dī. 32 Amen dico uobis quoniam
non transiet caelum istut doneque omnia perficiantur. 33 cae-
lum et tra transiet sermones autem mei non transient. 34 atten-
dite autem uobis ne forte grauentur corda uestra in crapula
et ebrietate et sollicitudinibus uitae et adsistet super uos subi-
taneus dies ille. 35 quasi muscipula introiuit enim super
omnes qui sedent super faciem totius terrae. 36 uigilate
autem in omni tempore depraecantes ut digni habeamini effu-
gere omnia ista quae futura sunt et stabitis ante filium ho-
minis 37 erat autem inter dies docens in templo . noctibus
autem exiebat et manebat in montem oliuarum 38 et omnis
populus ante luce ueniebat ad eum audire eum in templo.
XXII. 1 Adpropinquauit autem dies asymorum qui
dicitur pascha. 2 pontifices autem et scribae quaerebant
quomodo eum interficerent . timebant enim populum. 3 In-
troiuit autem satanas in iudam qui cognominatur schariotes.
qui erat ex numero illorum duodecorum. 4 et abiit et con-
locutus est cum principibus sacerdotum et scribis quomodo
illum traderet. 5 Ille autem gauisi sunt et constituerunt illi
pecuniam dare 6 et sponpondit et quaerebat oportunum
tempus ut eum traderet sine turba. 6 Uenit autem dies
paschae in qua oportebat immolari pascha 8 et misit petrum
et iohannem dicens . ite et parate nobis pascha ut manduce-
mus. 9 Illi autem dixerunt illi ubi paramus tibi 10 ille
autem dixit ecce introeuntibus uobis in ciuitatem occurret
uobis homo ferens amphoram aquam portans sequimini illum
in domum in quam introiit 11 dicite patrifamilias domus
ipsius dicit tibi magister ubi est hospitium ubi pascha cum
discentibus meis manducem. 12 et ille uobis ostendit in
superioribus locum stratum magnum ibi parate. 13 abierunt
et inuenerunt quomodo dixit illis et parauerunt pascha.
14 et cum facta esset hora recubuit et apostoli cum ipso.
15 Dixit ad illos concupiscentiam concupi hoc pascha mandu-
carae uobiscum priusquam patiar. 16 Dico enim uobis quia
iam non manducabo illud doneque adimplear in regno dī.
19 et accepit panem et gratias egit et fregit et dedit eis
dicens . hoc est corpus meum. 17 Et accepit calicem et gra-
tias egit et dixit accipite uiuite inter uos. 18 dico enim
uobis amodo non uiuam amodo de potione uitis quoadusque
regnum dī ueniat 21 uerum ecce manus eius qui me tradat
mecum super mensam 22 et filius quidem hominis secun-
dum scripturam ante uadit. Uerum uae illi per quem trade-
tur 23 illi autem coeperunt conquirere ad inuicem quisnam
esset quod hoc facturus esset. 24 erat autem et contentio in
illis quisnam illorum uideretur esse maior. 25 Ille autem

dixit illis reges gentium dominantur illorum et qui potenta-
tum habent bene agentes benefici uocabuntur. 26 uos autem
non ita sed quis est maior in uobis fiat ut iunior et qui
praesens est quasi ministrans 27 quis enim maior est magis
qui ministrat aut qui recumbit . in gentibus quidem qui
recumbit . in uobis autem non sic sed qui ministrat. Ego
autem cum in medio uestrum quasi iministrans. 28 uos estis au-
tem qui permasistis mecum in temptationibus meis. 29 ego
autem disponam uobis sicut mihi disposuit pater regnum
30 ut edatis et bibatis super mensam meam in regno sedentes
super tronos iudicantes duodecim tribus isdrahel in saecula
saeculorum. 31 Ille autem dixit petro quoniam satanas postu-
lauit ut uos uentilet . sicut triticum 32 ego autem rogaui
pro te ne deficiat fides tua . tu autem conuertere et fidere
et conforta fratres tuos et rogate ne intretis in temptationem.
33 Ille autem dixit illi dnē et tecum paratus sum et in
custodiam et in mortem ire. 34 Dicit illi dico petre nocte
hoc antequam gallus cantet ter me negabis. Dixit illis
35 quando uos misi sine sacello et calciamentis numquid
alicuius indiguis. 36 dicunt nullius. Ille autem dixit sed
nunc qui habet saccellum tollat similiter et chilotrum et qui
non habet uendat tunicam suam et emat gladium. 37 Dico
enim uobis quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet
impleri in me quod et cum iniustis deputatus est et de me
quae sunt finem habent. 38 Ad ille dixit dnē ecce gladii
duo hic ad ille dixit est. 39 Et egressus ibat secundum con-
suetudinem suam in montem olineti . secuti sunt autem illum
et discipuli eius. 40 et cum peruenisset dixit illis . orate
ne intretis in temptationem 41 et ipse abulsus est ab eis
quantum iactum lapidis et positis genibus orabat. 42 Dicens
pater non mea uoluntas sed tua fiat si uis transfert calicem
istum a me. 43 Apparuit autem illi angelus de caelo con-
fortans eum et factus est in agonia plolixius orabat 44 et
factus est sudor eius sicut guttae sanguisnis decurrentes in
terram. 45 Et cum surrexisset ab oratione et uenisset ad
discipulos suos inuenit illos dormientes prae tristitia 46 et
ait illis quid dormites surgite orate ne intretis in temptatio-
nem. 47 Adhuc autem illo loquente ecce turba et qui uoca-
btur iudas unus ex duodecim antecedebat eos et adpropians
osculatus est ihm̄. 48 Dixit autem illi iuda osculo filium
hominis tradis 49 quod cum uiderent hi qui circa ipsum
erant dixerunt ei dnē si percutiemus in gladio 50 et percussit
unus ex illis seruum principes sacerdotum . et amputauit
auriculam eius dextram. 51 Ait autem ihs̄ sine usque hoc et
extendens manum suam ihs̄ tetigit et redintegrata est aures
eius. 52 Et ad eos qui ad se uenerant dixit principibus

sacerdotum et magistratibus templi et senioribus quasi ad
latronem existis cum gladiis et fustibus 53 cum cottidie
uobiscum fuerim in templo non extendistis in me manum
sed haec est hora uestra et potestas tenebrarum 54 et con-
praehensum illum duxerunt in domum principis sacerdotum.
Petrus uero sequebatur illum a longe. 55 accenso autem
igni in medio atrio et cum circumsedentibus petrus in medio
eorum sedebat 56 quem ut uidit ancilla sedentem ad lumen
intuens illum dixit . et hic de eis est qui cum ipso erat
semper. 57 ad ille negauit ei dicens mulier non noui illum
58 et iterum post pusillum uidens eum alius dixit uere homo
et tu cum illo eras petrus autem dixit non sum 59 et inter-
uallo facto horae unius alius contendens dixit uere et hic cum
illo erat nam et galilaeus est. 60 Et at petrus homo nescio
quid dicas et continuo adhuc coloquente cantauit gallus. 61 et
conuersus dnš respexit petrum et rememoratus est petrus
uerbum dnī sicut dixit illi priusquam gallus cantet ter me
negabis 63 et uiri qui tenebant eum inludebant illum 64 et
interrogabant eum dicentes profiteza quis est qui te percussit.
65 et alia multa blaspemantes dicebant ad eum. 66 Et cum
factus est dies conuenit praesbiterium plebis et principes
sacerdotum et scribae et duxerunt illum in concilium suum
et interrogabant eum dicentes si tu es xpš dic nobis. 67 Et
ait illis ihš si uobis dixero non creditis mihi 68 neque
demittitis. 69 ex hoc autem erit filius hominis sedens ad
dextram uirtutis. 70 Et dixerunt omnes tu es filius dī . ait
autem illis uos dicitis quod ego sum. 71 Ad illi dixerunt
quid adhuc desideramus testimonium audiuimus enim de
ore ipsius.

XXIII. 1 Et surgens omnes multitudo duxerunt eum
ad pilatum. 2 Coeperunt autem accusare illum dicentes hunc
inuenimus subuertentem gentem nostram et soluentem legem
nostram et profetas et prohibentem tributa dare caesari et
dicentem se xpm̄ regem esse. 3 Pilatus autem audiens inter-
rogauit autem dicens tu es rex iudaeorum ad ille respondens
ait tu dicis. 4 Ait autem pilatus ad principes sacerdotum et
turbas nihil inuenio causae in hoc homine 5 ad illi inualisce-
bant dicentes commouet populum per uniuersam iudeam in-
cipiens a galilaeam usque hoc et filios nostros et uxores
auertit a nobis . non enim baptizatur sicut et nos nec se
mundant. 6 Pilatus autem audiens galilaeam interrogauit si
a galilaea homo essit. 7 et ut cognouit quod de herodis po-
testatem est misit illum ad herodem qui hierosolimis erat
illis diebus 8 Herodes autem uiso ihm̄ gauisus est ualde
erat enim cupiens illum uidere ex multo temre eo quod
audierit multa de illo et sperabat signum aliquod uidere ab

eo fieri. 9 interrogabat autem illum multis sermonibus ad
ipse nihil respondebat. 10 stabant ut etiam principes sacerdo-
tum et scribae constanter accusantes eum. 11 Sp[r]euit autem
illum herodes cum exercibus suis et inlusit et indutum illum
ueste alba remisit illum ad pilatum. 12 Tunc amici facti
sunt herodes et pilatus ipsa die nam antea inimici fuerant
ad inuicem. 13 Pilatus autem conuocatis principibus sacer-
dotum et magistratibus plebis 14 dixit ad illos obtulistis
mihi hunc hominem quasi auertentem populum et ecce ego
coram uobis interrogans [nu]ill[a]um causam inuenio in hominem
ex his quibus eum accusatis 15 sed neque herodes . nam
remisi uos ad illum et ecce nihil regnum mortem actum est
illi 16 emendatum ergo illum demittam. 17 necesse autem
habebat demittere eis per diem festum unum. 18 Exclamauit
autem simul uniuersa turba dicens tolle hunc et demitte
nobis barabban 19 qui erat propter seditionem quandam
factam in ciuitatem et homicidium missus in carcerem 20 Ite-
rum autem pilatus locutus est ad illos uolens demittere ihm̄
21 ad illi succlamabant dicentes crucifige illum. 22 ille autem
tertio dixit ad illos quid enim mali fecit iste nullam enim
causam mortis inuenio in illo . corripiam ergo illum et de-
mittam. 23 ad illi instabant uocibus magnis postulantes ut
crucifigeretur et inualescebant uoces eorum. 24 Et pilatus
adiutauit fieri petitionem ipsorum 25 dimisit autem illis eum
qui propter homicidium et seditionem missus fuerat in car-
cerem . ihm̄ uero tradidit uoluntatem eorum. 26 Et cum
ducerent eum inuenerunt simonem quendam cyrenensem ue-
nientem de uillam adpraehenderunt eum et inposuerunt illi
crucem portare post ihm̄ 27 et sequebatur etiam illum multi-
tudo populi et mulierum quae plangebant et lamentabant.
28 Conuersus autem ad illas ihs̄ dixit familiae isdrahelite
nolite flere me sed uos ipsas flete et filios uestros 29 quoniam
uenient dies in quibus dicenst beata steriles et uentres qui
non peperunt et uberes quae non nutrierunt 30 tunc incipi-
ent dicere montibus cadete super nos et collibus operite nos
31 quasi in udo ligno haec faciunt in arido quid fiet. 32 Duce-
bantur autem et duo latrones cum illo et crucifigerentur.
33 et postquam uenerunt in locum qui uocabatur calbariae ibi
crucifixerunt eum et latrones unu[m]s ad dextram et alium ad
sinistram. 34 Ihs̄ autem dicebat pater dimitte illis non enim
sciunt quid faciunt . diuidentes etiam uestimenta eius mise-
runt sortes 35 et staba[t] populus expectans et deridebant
illum principes dicentes . alios saluos fecit . nunc se salbum
faciat si hic est xps̄ dī 36 deludebant autem illum et milites
accedentes . et acetum offerebant illi 37 dicentes tu es rex
iudaeorum libera te. 38 erat autem superscriptio scripta

super illum litteris graecis et latinis et habraicis rex iudaeorum
hic est. 39 unus etiam de pendentibus latronibus blasphemauit
illum 40 respondens autem alter increpabat illum dicens
nec times dnm̄ quid in ea demnationem 41 et nos quidem
iuste nam digna factis recipimus hic uero nihil mali gessit.
42 Et dicebat ad ihm̄ . dnē memor esto mei cum ueneris in
regnum tuum. 43 Et dixit illi ihs̄ amen dico tibi hodie me-
cum eris in paradiso patris 44 et erat fere hora sexta et
tenebrae factae sunt in uniuersa terra usque in nona hora.
45 obscuratus est sol et uelum templi scissum medium. 46 et
clamans uoce magna ihs̄ pater in manus tuas commendo spm̄
meum . et hoc dicens reddidit spm̄. 47 Uidens autem cen-
turio et qui cum eo erant quod fiebat magnificabant dm̄ uere
hic homo iustus erat 48 et omnis turba qui simul er — —
ad spectaculum istud qui uidebant quod fiebat . percutientes
pectora sua reuertebantur. 49 Stabant autem omnes noti eius
a longe et mulieres quae secutae erant illum a galilaea haec
uidentes 50 et ecce uir nomine ioseph qui erat decurio bonus
et iustus 51 hic non consenserat concilio et actibus eorum
ab arimathia ciuitate iudeae qui expectabant regnum dī
52 hic accessit ad pilatum et petiit cor ihū 53 et depositum
inuoluit in sindone et posuit in monumento exciso in quo
nondum quisquam positus erat 54 et dies erat cena purae
et sabbatum inluciscebat. 55 subsaecutae autem duae mulieres
quae cum ipso uenerant de galilaea uiderunt monumentum
et quemadmodum positum erat corpus eius 56 et reuertentes
parauerunt aromata et unguenta et sabbato quidem siluerunt
secundum mandatum.

XXIV. 1 una autem sabbati uenerunt ualde tempore
ad monumentum portantes quae parauerant 2 et inuenerunt
lapidem reuolutum a monumento. 3 ingressae autem non
inuenerunt corpus. 4 Et factum est dum mente consternatae
sunt de isto et ecce duo uiri steterunt secus illas in ueste
fulgente. 5 cum timerent autem et declinarent uultum in
terram . dixerunt ad illas quid quaerites uiuentem cum
mort—. 6 — ac nemo — — quali — — utus est — —
cum adh — — in galilaea esset 7 dicens quia oportet filium
hominis tradi in manus hominum et crucifigi et tertia die
resurgere. 8 et rememoratae sunt uerborum horum 9 et re-
gressae renuntiauerunt haec omnia illis undecim discipulis et
ceteris — — nibus — 10 mari — et iohan — — et maria i
— — obi . et ceterae quae cum ipsis fuerant haec dicebant
ad apostolos 11 et uisa sunt ante illos sicut deleramentum
uerba ista et non credebant illis LXX VIIII 13 fuerunt
autem duo ex illis euntes ipsa die in castellum quod est ab
hierosolymis stadia septem . nomine ammaus et cleopas

14 fabulabantur autem ad inuicem de omnibus quae accede-
rant. 15 Et factum est dum fabulantur et conquirerent ad
inuicem ihs̄ adpropinquauit et comitabatur cum illis. 16 oculi
autem eorum grauati erant ne eum cognoscerent. 17 Ille
autem dixit ad ^{ill}eos qui sunt hii sermones quos refertos ad
inuicem et steterunt tristes. 18 Respondit autem unus ad
eum cui nomen erat cleopas et dixit ad illum tu solus pere-
grinaris ab hierusalem non cognouisti quae facta sunt istis
diebus. 19 Ille autem dixit illis quae. Illi autem dixerunt
de ihm̄ nazareno qui fuit uir profeta potens in factis et dictis
in conspectu dī et uniuersi populi 20 quomodo hunc tradide-
runt sacerdotes et magistratus nostri in damnationem mortis
et cruci eum fixerunt. 21 nos autem speramus quia ipse fuit
qui redempturus erat isdrahel . simul autem cum his tertium
diem agit hodie ex quo facta sunt 22 sed mulieres quedam ex
nobis commemorauerunt nos cum fuissent ante lucana ad
monumentum . 23 et cum non inuenissent corpus eius uenerunt
dicentes uisionem angelorum se uidisse qui dicebant illum
uiuere 24 et abierunt quidam de nobis ad monumentum et
inuenerunt ista sicut dixerunt mulieres ipsum autem non
uidimus. 25 Ille autem dixit ad illos . o insensati et tardi
corde ad credendum super omnia quae locuti sunt profetae
26 nonne haec omnia oportebat pati xpm̄ et introire in clari-
tatem suam. 27 Et fuit incipiens a moysen et omnibus pro-
fetis et interpr^{a}etans illis in omnibus scripturis de eo. 28 et
propinquauerunt ad castellum quo ibant . ipse autem similauit
se longius ire 29 et extorserunt illi dicentes mane nobiscum
quoniam ad uesperam iam declinauit dies. Et intrauit ut
maneret cum illis 39 et factum est in eo dum recumberet
accepit panem et benedixit et fregit et tradidit illis 31 cum
accepissent autem panem ab eo aperti sunt oculi eorum et
agnouerunt illum et nusquam comparuit ab eis. 32 Illi au-
tem dixerunt ad inuicem nonne cor nostrum fuit extermina-
tum quomodo in uia aperiebat nobis scripturas 33 et sur-
rexerunt tristes et reuerti sunt ipsa hora in hierusalem. Et
inuenerunt undecim discipulos collectos in unum et qui cum
eis erant 34 dicentes quia resurrexit dns̄ et uisus est simoni
35 et ipse exponebat ei quae in uia acta sunt et quoniam
agnitus est illi in panis fractura. 36 Haec cum illi loqueren-
tur ipse stetit in medio eorum 37 turbati autem et in timo-
rem missi putauerunt se spm̄ uidere. 38 Ille autem dixit
illis quid turbati estis quare cogitationes ascendunt in cor
uestrum 39 uidete manus meas et pedes quoniam ego ipse
sum palpate et uidete quia sps̄ carnem et ossa non habet
sicut me uidetis habentem. 41 Cum adhuc autem non cre-
derent illi et cum admirarentur a gaudio dixit ad eos habetis

hic aliquid manducare 42 et porrexerunt illi piscis assi partem et accepit coram illis. 44 et dixit illis isti sermones quos locutus sum ad uos cum adhuc essem uobiscum quoniam oportebat adimpleri omnia quae scripta sunt in lege moysi et profetis et psalmis de me. 45 tunc aperuit illis sensum ut intellegerent scripturas 46 et dixit illis quia scriptum est xpm̄ pati resurgere a mortuis tertia die 47 et praedicare in nomine eius paenitentiam et remissa peccatorum usque in omnes gentes incipiens ab hierusalem· 48 et uos estis testes eorum 49 et ego mitto promissionem meam super uos . illud autem sedete in ciuitate quoadusque induatis uirtutem ex alto. 50 Produxit autem illis quasi bethaniam et lebabit manus suas et benedixit illos. 51 Et factum est cum benedixisset illos discessit ab illis 52 et reuersi sunt hierusalem cum gaudio magno 53 et erant in templo semper laudantes dm̄.

EUANGELIUM SECUNDUM MARCUM.

I. 20 — — — eum 21 et ingredientes capharnaum continuo intrauit sabbatis in synagoga et docebat eos 22 et admirabantur super doctrinam eius . erat enim docens eos quasi potestatem habens non quasi scribae et farisaei. 23 Et erat in synagoga homo qui habebat spm̄ immundum . et exclamauit 24 dicens quid nobis et tibi ihū nazarene uenisti perdere nos scio [te] qui sis sanctus dī. 25 Et corripuit eum ihs̄ et dixit ommutesce et exi de homine sps̄ immunde. 26 et exiit sps̄ discarpens eum et exclamauit uoce magna et discessit ab illo 27 et extimuerunt omnes. Et admirabantur et exquirebant quaenam esset doctrina haec in potentabilis et quoniam spiritibus immundis imperat et obandiunt illi. 28 et exiuit fama haec ubique in omnem circumadiacentem regionem galilaeam. 29 Procedens autem de synagoga uenit in domum simonis et andreae cum iacobo et iohanne 30 adcumbebat autem socrus simonis febricitans . et continuo dicunt illi de ea 31 et accedens laebauit eam tenens manum eius et demisit illam febris et surgens minitrabat ei. 32 Cum autem sol occidisset et adferebant ad eum omnes male habentes uariis infirmitatibus . et eos qui daemonia habebant et eiciebat illa ab illis 33 et erat tota ciuitas collecta ad ianuam. 34 et curauit multos male habentes uariis infirmitatibus et daemonia multa eiecit

et non sinebat illa loqui quoniam sciebant eum. 35 Et ante
lucem surgens abiit in desertum locum et ibique orabat.
36 et secuti sunt eum simon et qui cum eo erant 37 et in-
ueneruut eum et dicunt illi quaerunt te omnes. 38 Et dicit
illi eamus ad proxima castella et ciuitates praedicare ad hoc
enim ueni. 39 et erat praedicans in omnibus synagogis in
tota galilaea et daemonia expellens. 40 Et uenit ad eum le-
prosus obsecrans eum et genibus uolutans dicens illi dnē si
uolueris potes me mundare 41 et misericordia actus exten-
dens manum suam et tetigit eum et dixit illi uolo mundare
42 et continuo abiit ab eo lepra 43 et eiecit eum 44 et ait
illi uide ne cui dicas sed uade et ostende te sacerdoti et
offert pro emundatione tua quae praecepit moyses testimonium
illis. 45 Ille autem exiens coepit praedicare et diffamare
uerbum ita ut iam non posset manifeste in ciuitatem introire
sed foris in desertis locis conueniebant ad eum.

II. 1 et uenit iterum in capharnaum post dies. 2 et
auditum est quoniam domi est et continuo collecti sunt multi
ita ut non caperet domus et loquebatur illis uerbum. 3 Et
uenerunt ad illum portantes in grabatto paralyticum 4 et
cum non possent accedere prae turbam denudauerunt tectum
ubi erat ihš et summiserunt grabattum in quo paralyticus
iacebat. 5 et cum uidisset ihš fidem illorum dixit paralytico
fili remittuntur tibi peccata. 6 erant autem quidam scribarum
illic sedentes et cogitantes in cordibus suis et dicentes 7 quis
est hic qui loquitur blasfemia quis potest dimittere peccata
nisi solus dš. 8 Et continuo agnoscens ihš spū quid cogita-
rent. dicit illis quid cogitatis in cordibus uestris mala 9 quid
est facilius dicere remittuntur tibi peccata aut dicere surge et
ambula 10 ut autem sciatis quoniam potestatem habet filius
hominis super terram dimittendi peccata. dicit paralytico
11 surge tolle grabattum tuum et duc te in domum tuam.
12 Et surgens adsumens grabattum coram omnibus abiit ita
ut admirarentur. et clarificarent eum dicentes quoniam sic
numquam taliter uidimus 13 et exiuit iterum ad mare et
omnis turbae ueniebant ad illum et docebat illos. 14 Et
praeteriens uidit iacobum alphei sedentem in toloneo et dixit
illi sequere me et surgens secutus est eum. 15 Et factum est
cum recumberent in domum eius multi peccatores recumbe-
bant cum ihū et cum discentibus eius erat enim multi qui
secuti sunt illum 16 scribae autem et farisaei dicebant dis-
centibus eius quare cum publicanis et peccatoribus manducat.
17 Et cum audisset ihš dixit illis non est opus sanis medicus
sed male habentibus non ueni uocare iustos sed peccatores.
18 Et erant discipuli iohannis et pharisaei ieiunantes et uene-
runt et dixerunt illi quare discipuli iohannis et discipuli

pharisaeorum ieiunant tui autem discipuli non ieiunant. 19 Et
dixit illis ihs̄ non possunt fili sponsi quamdiu sponsus est
cum illis ieiunare 20 sed uenient dies quando auferetur ab
eis sponsus et tunc ieiunabunt in illis diebus. 21 Nemo in-
iectionem panni rudis adsuit uestimento ueteri tollit supple-
mentum nouum a ueteri et maior fit scissura. 22 Et nemo
mittit nouum uinum in utres ueteres . alioquin dirrumpit
uinum nouum utres ueteres et uinum et uteres peribunt sed
uinum nouum in utres nouos mittunt et ambo serbantur.
23 Et factum est cum sabbatis transiret per segetem . disci-
puli uero eius coeperunt uellere spicas et manducare. 24 phari-
saei autem dicebant ecce quid faciunt sabbatis quod non licet.
25 Quibus ille dixit nec hoc legistis quod fecit dauid cum
esuriit ipse et qui cum illo erant 26 quomodo introiuit in
domum dī et panes propositionis manducauit . et dedit illis
qui secum erant quos non licebat ei manducare nisi solis
sacerdotibus. 28 Dico autem uobis quoniam filius hominis
etiam dns̄ est sabbati.

III. 1 Et cum introisset ihs̄ in synagogam accessit ad
eum homo qui habebat manum aridam 2 et obsecr[b]abant
illum an sabbatis curaret ut haberent unde accusarent illum.
3 et dixit homini illi qui habebat manum aridam surge sta
in medium. 4 Quo facto dixit illis licet sabbato bonum ali-
quid facere aut malum facere animam saluare aut perdere
ad illi tacebant. 5 Et cum circumspexisset illos cum ira
tristis super caecitatem cordis illorum dicit illi homini extende
manum tuam et extendit restituta est manus eius. 6 et con-
tinuo exeuntes pharisaei cum herodianis consilium faciebant
aduersus eum ut eum perderent. 7 Ihs̄ autem secessit cum
discentibus suis ad mare et multa turba a galilaea et iudaea
8 et ab hierosolymis et ab idumea et trans iordanen et de
circa tyrum et sidonem multa turba qui uenerant audientes
quanta faciebat ut uiderent eum. 9 Et dixit discipulis suis
ut nauicula praesto esset illi propter turbas ne praemerent
eum. 10 multos enim curabat ita ut inruerent super eum ut
eum tangerent quodquod haberent plagas habentes 11 sed et
spiritos immundos cum eum uiderent superruebant et exclama-
bant dicentes 12 tu es filius dī et corripiebat illa ne eum
manifestarent. 13 Et ascendit in montem et aduocauit quos
uoluit ipse et uenerunt ad eum 14 et confirmauit XII ut
essent secum et mitteret illos praedicare euangelium 15 et
haberent potestatem curandi omnem ualitudinem et expellendi
daemonia et ut circueuntes praedicarent euangelium dī 16 et
inposuit nomen simoni petrum 17 communiter autem uocauit
eos boanerges quod est interpraetatum filii tonitrui. 18 erant
autem hi simon et andreas iacobus et iohannis . philippus et

bartolomeus iudas et mattheus . thomas et iacobus alphei .
et simon cananeus 19 et iudas cariotha qui et tradidit illum.
20 Et introiuit iterum in domum et inuenit turbas ita ut non
posset panem manducare. 21 et cum audissent de eo exierunt
detinere eum 22 scribae et ceteri . dicebant enim quoniam
belzebul habet principem daemoniorum et expellit per ipsum
daemonia. 23 Et cum uocasset illos dicebat eis parabulam
quomodo potest satanas satanan expellere. 24 si autem regnum in se diuidatur non potest stare et si domus in se diuidatur non potest stare. 25 et si satanas satanan eicet diuisum
est regnum eius et non potest stare sed finem habet 27 Nemo
potest uasa fortis diripere introiens in domum nisi primum
fortem alligauerit et sic uasa eius diripiet. 28 Amen dico
uobis quia omnia peccata remittentur et blasphemiliae filiis
hominum 29 qui autem blasphemauerit in spm̄ sanctum non
habet remissa sed reus erit aeterni peccati 30 quoniam dicebant illum immundum spm̄ habere. 31 Et uenit mater eius
et fratres et foris stantes et miserunt ad eum uocantes eum.
32 Et uenerunt ad eum turbae et dixerunt illi ecce mater
tua et fratres tui foris stant uolentes te uidere. 33 Ille autem
respondens dixit eis quae est mater mea aut qui sunt fratres
mei. 34 et circumspexit eos qui circumsedebant . et ait
ecce mater et fratres mei 35 quicumque fecerit uoluntatem
dī hic mihi frater et soror et mater est.

IV. 1 Et coepit iterum docere ad mare . et collecta
est ad eum turba multa ut nauem ascenderet et sederet ad
litus et omnis turba in litore sedebat 2 et docebet illos in
parabula dicens 3 audite ecce exiit seminans seminare 4 et
in seminando quaedam caeciderunt iuxta uiam et uenerunt
uolatilia et comederunt ea. 5 alia autem caeciderunt super
petrosa et quoniam non habuerunt terram multam fructificauerunt cito. 6 facto autem sole aestuauerunt propterea quod
non haberent radicem aruerunt. 7 et alia caeciderunt in
spinas . et ascenderunt spinae et suffocauerunt illa et facta
sunt infructuosa. 8 et alia caeciderunt — — — 19 — nes
uitae et oblectationes saeculi comitantes suffocant uerbum et
infructuosi sunt. 20 hi autem sunt qui in terram bonam
cadunt qui audiunt uerbum et percipiunt et fructum adferunt
unum XXX . et unum . LX . et unum C. 21 Et dicebat illis
numquid accenditur lucerna ut sub modium ponatur aut sub
lectum sed super candelabrum. 22 non enim est absconsum
sed ut in pa'ram ueniat. 23 si quis habet aures audiendi audiat.
24 et dicebat illis uidete quid audiatis in qua mensura mensi
eritis in illa metietur uobis. 25 qui enim habet dabitur illi et
qui non habet id quod habet auferetur ab eo. 26 et dicebat sic
est regnum dī quomodo homo cum mittit seminationem in terra

27 et dormiat et surgat nocte et die et seminatio fructificat et
longum fit quomodo ipse nescit 28 ultrouia enim terra fruc-
tum adferet . primum herbam deinde spicam deinde plenum
triticum. 29 spica cum tradiderit fructus inmittes falcem quia
adest messis. 30 et dicebat quomodo similabimus regnum dī .
aut in qua parabola damus eum 31 quasi granum sinapis
qui cum seminatur in terram minor cum sit omnibus semini-
bus 32 seminibus crescit et fit maior omnibus holeribus et
facit ramos magnos . ita ut possint sub umbra eius uolatilia
caeli inhabitare. 33 et talibus parabolis loquebatur illis.
34 secreto autem discipulis suis resoluebat illas. 35 Et dixit
illis in illa die cum iam serum factum esset transfretemus
contra 36 et demiserunt turbas et adsumpserunt illum quo-
modo fuit in naui et simul multi erant cum eo. 37 et facta
est tempestas magni uenti . et fluctus inmittebantur in nauem
38 erat autem ipse in priora super puluinum dormiens et excita-
uerunt eum et dixerunt magister non pertinet ad te quia
perimus 39 et surgens increpauit uento et mari . et dixit
ommutesce et cessauit uentus et facta est malacia. 40 Et
dixit illis quid timidi estis habete fidem et timuerunt timore
magno et dicebant ad inuicem ecce quomodo mare et uentus
obaudiunt ei.

V. 1 et uenerunt trans mare in regionem gerasenorum
2 et cum exissent de naui occurrit illi homo de monumentis
in spiritu immundo 3 qui habebat habitationem in monu-
mentis . et neque catena iam quisquam poterat illum alligare.
4 eo quod saepe alligatus fuerat catenis . et dissipasseto .
catenas et compedes comminuerit . et neminem posse eum
iam domare. 5 nocte autem et die in montibus et in monu-
mentis erat clamans et concidens se lapidibus. 6 Cum uidis-
set autem ihm̄ de longe adcucurrit et adorauit illum 7 et
clamans uoce magna dixit quid mihi et tibi ihm̄ fili dī altis-
simi adiuro te per dm̄ ne me torqueas. 8 dicebat enim illi
exi spē immunde de homine 9 et interrogauit illum quod
tibi nomen est . et respondit nomen mihi legio quia multi
sumus 10 et obsecrabat illum ne illum expelleret de regione.
11 erat autem illic iuxta montem grex porcorum pascens
12 et obsecrabant illum daemonia dicentia mitte nos in porcos
13 et permisit illis et cum introissent in porcos spirituus
immundi . ierunt cum impetu in gregem et per praeripium
caeciderunt in mare quasi duo milia et suffocati sunt in mare
14 et qui pascebant illos fugerunt et nuntiauerunt in ciuita-
tem et in agris et exierunt uidere quid factum esset. 15 et
ueniunt ad ihm̄ et uident daemoniacum uestitum et suae
mentis et timuerunt 16 et enarrauerunt illi quid uiderant
quomodo sit factum . illi daemoniaco et de porcis. 17 et coepe-

runt eum obsecrare ut discederet a finibus eorum 18 et cum
conscenderent nauem et rogabat illum qui daemoniacus fuerat
ut cum illo esset. 19 Ihs̄ autem non permisit illum sed dicit
illi uade domum ad tuos et renuntia illis quanta tibi dns̄
fecit 20 et abiit et coepit praedicare in decapoli quanta fecerit
illi ihs̄ . et omnes mirabantur. 21 Et cum transfretasset ihs̄
trans contra iterum collecta est multa turba ad eum ad mare.
22 et uenit quidam ad eum ex principibus synagogae et cadens
ad pedes eius. 23 et obsecrans illum multa dicens . filiola
mea nouissime habet ueni et tange eam et uiuet. 24 et abiit
cum illo et sequebantur illum turba multa et conprimebant
illum. 25 Et mulier quae erat in flunxu sanginis annos XII.
26 et multa passa a multis medicis . et cum consumpsisset
quae penes ea omnia . et cum nihil profecisset sed deterius
haberet 27 et cum audisset de ihū uenit ad retro et tetigit
uestimenta eius. 28 dicebat enim si uestimentum eius tan-
gam salbabor. 29 et continuo siccauit fons sanguinis eius.
30 Et cognouit continuo ihs̄ uirtutem quae exisset a se . et
conuersus dixit turbis quis mihi tetigit uestimenta. 31 Disci-
puli autem eius dicunt uides turbas conprimentes te et tu
dicis quis me tetigit. 32 et cum circumspiceret 33 ipsa mulier
timefacta est et tremens accedens concidit ante ipsum et dixit
quid esset facti. 34 Ille autem dixit illi filia fides tua te
salbabit uade in pace et esto sana a flagello tuo. 35 Et cum
adhuc loqueretur ueniunt a principe synagogae dicentes filia
tua mortua est quid usque adhuc uexas magistrum 36 Ihs̄
autem neglecxit sermonem et dixit principi synagogae noli
timere tantum crede. 37 et non permisit secum quemquam
introire nisi petrum et iacobum et iohannem fratrem iacobi
38 et ueniunt in domum archisynagogi et uidet turbas plo-
rantes et ululantes multa. 39 introiens autem ait quid tumul-
tuamini et fletis puellam non est mortua sed dormit 40 illi
autem inridebant eum. Ille autem cum expulisset turbas
foras et adsumpsisset patrem puellae et eos qui secum erant
introiuit ubi erat puella 41 et dixit ei tabea acultha cumhi
quod est interpetratum puella puella tibi dico exsurge. 42 et
statim surrexit puella et ambulabat . erat autem annorum
XII et stupentes facti sunt stupore magno 43 et praecepit
illis nemo sciret illum . et dixit ut daretur illi manducare.

VI. 1 Et cum exisset inde abiit in patriam suam cum
discipulis suis. 2 et coepit in synagoga docere sabbato . ita
ut omnes extimescerent dicentes unde huic ista et quae est
sapientia quae ei data est et uirtutes tales per manus eius
efficiantur . 3 nonne hic est fabri filius mariae et frater iacobi
et ioseph et iuda et simonis et non sunt hic fratres illius ad nos
et scandalizabantur in illo. 4 Et dicebat illis ihs̄ quia profeta

sine honore nisi in patria sua 5 et non faciebat illic ullam uir-
tutem nisi paucos infirmos superponens manus curauit 6 prop-
ter incredulitatem illorum et circuibat castella in circuto docens.
7 et cum aduocasset XII misit eos dans eis potestatem spiri-
tuum immodorum 8 praecipiens eis nihil tollere in uia nisi
uirgam solam non pera . non pane neque pecuniam in zonis.
9 sed calciatos soleas neque uestire duas tunicas . . . . . .
XII. 37 . . . lum libenter 38 et in doctrina docebat
cauete ab scribis qui uolunt in stolis ambulare et salutatio-
nes in foro. 38 et sessionem primam in synagogis et in re-
cumbendo in cenis primum locum 40 qui comedunt domus
uiduarum . et occansione longa orantes hic accipient abu . .
XIII. 2 . . . tem dixit illis uidetis ista magna et aedi-
ficia uestra amen amen dico uobis quia non relinquetur in
templo lapis super lapidem qui non dissoluatur et post triduo
alius excitabitur sine manibus. 3 Et cum sederet in montem
oliuarum contra templum interroga . . . . . . 24 . . . sol te
negauit fulgorem suum 25 et stellae de caelo cadent et uir-
tutes quam in caelis sun . . . mouebunt . . . 26 et tunc uide-
bunt filium hominis uen . . . entem cum u . . . tute multa
et claritate 27 et tunc mittet angelos et c . . . ligent ele . . .
a quatt . . . uenti . . . mo te . . . . . . 33 . . . us ueniet
34 quomodo homo peregrinans relinquens domum suam dans
seruis suis potestatem unicuique opus suum et ostiario prae-
cipit ut uigilet 35 sic uigilate nescitis enim quando dn̄s
ueniat uespera an nocte media . . . gallorum . . . tus an
ma . . . niens su . . . . . . 36 . . . ueniat.

CORRIGENDA:

Lege: pag. 2, lin. 17: uaditet; p. 4, l. 20: turba; l. 23: discipulis; l. 28: interrogauerunt; p. 6, l. 21: et aliquando; p. 11, l. 44: nobis; p. 12, l. 41: adfectos; p. 14, l. 38: inhabitat; p. 16, l. 41: cognouerunt; p. 19, l. 46: uinum; p. 21, l. 17: deserto; p. 23, l. 19: simul; l. 22: laborabuerunt; l. 37: filius; p. 24, l. 44: filium; p. 26, l. 34: quaerentes; p. 29, l. 23: ubi; p. 31, l. 9: relinquet; 24: dixerunt; l. 40: uerba; p. 34, l. 19: iudaeos. 21: alii; p. 38, l. 22: credere; l. 26: veruntamen; p. 46, l. 27: sciret: p. 47. l. 10: discipulum; p. 48, l. 6: clausis: p. 52, l. 27: altissimis; p. 60, l. 35; constitutus; p. 73, l. 41: seruum; p. 74, l. 25: audiendi; p. 76, l. 8: mamona; p. 79, l. 9: contristatus.


BS
2552
P3
1896
Belsheim
194082





